DESCRIPTIO
OSSIUM
HOMINIS.

EDUARDI SANDIFORT

MEDICINÆ, ANATOMES, ET CHIRURGIÆ IN ACADEMIA BATAVA, QUÆ LEIDÆ EST, PROFESSORIS.

DESCRIPTIO OSSIUM HOMINIS.

ACCEDIT ORATIO

DE

OFFICIO MEDICI PERQUAM DIFFICILI, A MULTIS PESSIME NEGLECTO.

LUGDUNI BATAVORUM,

APUD { S. ET J. LUCHTMANS, / P. V. D. EYK ET D. VYGH } 1785.

SL✓

Pl✓

Subj (Anatomy, human Bones)

GLASGOW
UNIVERSITY
LIBRARY

PRÆFATIO.

Quæ hactenus in lucem emiſſæ fuerunt Oſſium Deſcriptiones, vel adeo intricatæ ſunt, ut non, niſi ab iis, qui illorum proprietates jam quodammodo cognoſcunt, intelligi poſſint, vel adeo breves & ſuperficiariæ, ut vix ea comprehendant, quæ omnino ſcitu ſunt neceſſaria, dum in longe plurimi, talibus etiam, quæ magnam merentur laudem, & ſtudioſæ juventuti commendari merito ſolent, icones oſſium, ab optimis Anatomicis datæ, non ſatis citantur, ſine quibus tamen, niſi oſſa ipſa ad manus ſunt, deſcriptiones vix ac ne vix quidem intelliguntur. Doluerunt itaque illi, qui prima artis

noſtræ fundamenta adhuc ponere debent, difficulter admodum hanc partem addiſci; doluerunt, deficere compendium, quod a rerum Anatomicarum hactenus ignaris comprehendi facillime queat.

Hunc defectum ut ſupplerem, tandem brevem hanc oſſium deſcriptionem in lucem emitto, eamque in poſterum, in prælectionibus ac demonſtrationibus oſteologicis, ſequar, explicabo. Multum abeſt, ut perfecta dici poſſit, ut potius compendium tantum ſiſtat eorum, quæ in prælectionibus latius exponi, aut ex libris aliorum, Albini præcipue, addiſci tum debent, quando generales proprietates harum noſtri corporis partium cognitæ ſunt. Potuiſſem de quoque oſſe longe plura memorare, ſed hoc pacto deſcriptiones, ut prolixiores, ſic difficiliores redditæ fuiſſent, & omni ope in id incumbendum eſſe cenſui, ut datæ expoſitiones facillime ab uno quoque intelligi poſſent, cui ſcopo egregie etiam inſervient citatæ icones, dum vix quicquam aſſerui, quin adducta figura idem confirmaverim. Reliquis prætuli

tuli Veſalianas, ante paucos annos a me denuo editas, quippe in hunc finem optimas, facillime comparandas, &, quando ex hiſce dicta commode illuſtrari non potuerunt, paucorum aliorum, præcipue vero Albini tabulas, utpote omnibus, quotquot hactenus datæ fuerunt, anteferendas, adduxi.

Tædii pleniſſimum hunc laborem fuiſſe, non eſt quod multis adſtruam, idem olim de ſimili opere, a me inſtituto, ut Musculorum doctrinam cognitu faciliorem redderem, aſſerui, & veritatem agnoverunt ubique locorum periti in arte. Si autem eodem modo excipiatur hæc oſſium Deſcriptio, quo illa Musculorum excepta fuit, labor abunde compenſatus, ſcopo plenarie ſatisfactum erit.

Quum jam natura hujus operis talis fuit, quis miratur & in conſcribendo & in imprimendo eodem nonnullos irrepſiſſe errores, qui mihi illud relegenti occurrerunt; notabiliores, quamvis ejusmodi ſint, ut attento cuique mox in oculos incurrant, annotavi, pauca etiam addidi; cuncta hæc emen-

det:

det Benevolus Lector, emendet & alios errores, quos a me prætermiſſos invenerit ipſe.

Denique adnexa eſt Oratio, quam octavo Februarii 1783. habui, cum faſces Academicos ponerem. In hac de officio Medici, perquam difficili, a multis peſſime neglecto, diſſerui, errores, quos multi quotidie committunt, recenſui; in veram & unicam viam, quæ ad praxin medicam in generis humani emolumentum exercendam ducit, inquiſivi, ſimulque oſtendi, quomodo is, qui Apollineæ arti ſuum ſacravit pectus, ſtudium dirigere debeat, ut exoptatus inde redundet effectus; cuncta hæc reſcire quum eorum præſertim interſit, qui prima artis noſtræ ſundamenta ponere geſtiunt, commode opuſculo, his præprimis deſtinato, talis Oratio annecti poſſe videbatur.

DESCRIPTIO OSSIUM HOMINIS.

DE OSSIBUS IN GENERE.

Oſſa ſunt partes corporis humani, duræ, firmæ, rigidæ, aliis partibus undique veſtitæ, quæ robur ac ſtabilimentum corpori præbent, flexibilitatem per articulos permittunt, conceptacula, capacitatesque formant, ut tenerioribus ſint præſidio, canales, quos transeunt varia, quæ ſe aptant ad ea, quæ prope admota ſunt, annexa, aut circumpoſita.

Horum oſſium alia a principio natura; alia deinde. Omnium cartilaginea primum, dein oſſea. Cartilago hæc ab initio gelatum tenerum refert, & mollitudine, & habitu; creſcit deinde, ſe paulatim confirmat, ex albida fit candidior, amittitque pelluciditatem ſuam. Poſtquam diu permanſit, dura eſt, candida, craſſa, & concreta. Quæ-

dam cartilagines oſſeam naturam inchoant, cum adhuc valde molles ſunt, & perlucidæ, aliæ demum, cum jam duræ & concretæ. Quando in os abituræ ſunt, oſſei minutisſimi quiddam alicubi intus in iis inchoatur, quod ſenſim ſe diffundens totam occupat. In cartilagine osſium parvorum, & quorum figura ſimplex eſt, vel oritur osſis primordium unum, vel, ſi plura oriuntur, cito confluunt in unum. Sed in eorum cartilagine, quorum figura non ita ſimplex eſt, aut quæ majora ſunt, pluribus uno in locis os incipit, &, donec totam cartilaginem occuparint, manent iis vel duæ partes oſſeæ, vel tres, vel plures, quæ ſenſim increſcunt, ſic ut oſſa, quæ ſingula una primum continua cartilago fuerant, ex aliquot fruſtis oſſeis, cartilagine nexis, appareant conſtare. Quamplurimæ cartilagines hoc pacto oſſeæ fiunt, ut ad extrema remaneant portiones cartilagineæ; quæ in omnibus non eodem modo in os mutantur. Illorum additamentorum aliqua a corpore oſſeo, cujus ſunt, paulatim tota occupantur, pleraque & a corpore oſſeo plus minus, & ſimul ſenſim os intus in ſe inchoant, quod additamenta illa cartilaginea tota abſumit, & oſſea reddit. Intercedit tunc inter additamenta illa oſſea & corpus oſſis aliquantum de cartilagine, eaque additamenta tunc epiphyſes vocantur. Cartilaginea illa lamella ſenſim & a corpore osſis, & ab epiphyſi abſumitur, epiphyſis oſſea natura cor-

pori

pori continuatur, totumque perfectum os eſt, epiphyſi in apophyſin mutata (*a*).

Orta ſic oſſa, ſenſim ſenſimque perfecta, ſerræ ope ſic diviſa, ut interna ſtructura patescat, videntur componi ex laminis, altera ſupra alteram unitis, quarum exteriores compactiores, interiores rariores deprehenduntur, ita ut nonnulli abeant in telam quaſi cellularem. Excipiuntur nonnulla, quorum laminæ tam propinquæ ſibi ſunt, ut nullum relinquatur ſpatium, quale quid in media parte ſcapulæ, oſſis innominati, locum habet. Dictæ lamellæ oſſium filamentoſa tela ita ſunt fabrefactæ, ut inter illam copioſi obſerventur pori atque ſulci, qui tubulorum formam, dum lamina ſupra laminam ponitur, efficiunt; & hi pori vel tubuli in naturali oſſium ſtatu, quo propius ad medium oſſis appropinquant, & inprimis in oſſibus cylindraceis, quo propius verſus eorum tendunt extrema, eo magis ampliati, telam illam oſſium ſpongioſam, cellularem, conſtituunt (*b*); quam, in medio corpore oſſium, cylindraceorum præcipue, retis quodammodo formam habentem, ac ea prop-

(*a*) Exactiſſimam Oſteogeniæ deſcriptionem, exemplis illuſtratam, dedit Clar. Albinus, icon. oſſium fœtus humani pag. 50. & inde deſumta generaliora illa, quæ hic loci inſerenda putavi.

(*b*) Reichel de oſſium ortu atque ſtructura, in Theſauro Diſſert. Program. Tom. 2. pag. 180. ſeq.

propter reticulatam dictam, crasſiſſimus cortex, ex lamellis, arctisſime ſibi invicem adhærentibus, factus, inveſtit; in extremitatibus autem non niſi tenuiſſima cruſta tegit: Nonnulla oſſa tota quanta tali cellulari fabrica gaudent, nec niſi tenerrima cruſta oſſea terminantur, eaque cellularis in aliis magis in aliis minus compacta exiſtit.

CONFORMATIO EXTERNA oſſium in aliis alia. Differunt enim non tantum inter ſe magnitudine, forma, numero, firmitate, ſed & Eminentias atque Cavitates exhibent, diverſis uſibus inſervientes, diverſimode etiam denominatas.

Eminentiæ vel ab ipſo initio apophyſes, ideſt cum corpore osſis concretæ, ſunt (*c*), vel in tenera ætate epiphyſes ſiſtunt, cartilaginis interventu a corpore osſis ſeparantur (*d*), & tempore in apophyſes, dicta ratione, mutantur. Habent autem ſubinde apophyſes ſuas epiphyſes (*e*), ut epiphyſes non raro apophyſibus inſtructæ ſunt (*f*).

Diſtin-

(*c*) Tales ſunt duo condyli in maxilla inferiore. Veſal. Tab. Oſſium Human. 4. b.

(*d*) Id. Tab. 4. L. L. L. L. M. M. M. M.

(*e*) Id. Tab. 4. Apophyſis h. habet epiphyſes L. L. L. M. M. Tab. 25. Fig. 1. Apophyſis D. habet epiphyſes A. S. Y.

(*f*) Sic pars inferior ulnæ, quæ in juniori ætate epiphyſis eſt (Albin. icon. oſſium fœt. Fig. 124. 125. 126.) habet veram apophyſin Veſal. Tab. 22. Fig. 5. 6. Q. Q. R. R. idemque locum habet in parte inferiore tibiæ Tab. 26. Fig. 3. Epiphyſis D. habet apophyſin i. Sic in aliis.

Diſtingui poſſunt eminentiæ in caput, collum, condylum, tuber, ſpinam, criſtam.

Caput eminentia eſt convexa, rotunda, glabra (*g*).

Collum eminentia dicitur, in medio anguſtior, verſus extrema latescens (*h*).

Condylus adeſſe cenſetur, quando eminentia a quoque latere compreſſa eſt (*i*).

Tuber eminentia eſt inæqualis, irregularis, figuræ (*k*).

Spina in acutum finem deſinit (*l*).

Criſta eſt eminentia longa, acuta, ſuperficiaria (*m*).

Multæ eminentiæ, ſeu proceſſus, a figura ſua denominantur, hinc in oſſe multiformi alares (*n*), in oſſe temporis mammillares (*o*), ſtyliformes (*p*), in epiſtropheo dentiformis (*q*) dicuntur. Aliæ a ſitu ſeu directione ſuperiores, inferiores; exteriores, interiores; transverſæ, obli-

quæ,

(*g*) Veſal. Tab. 4. L. M. ſuper. f. Tab. 25. A. A. Tab. 21. A. B. C.
(*h*) Id. Tab. 4. h. h i.
(*i*) Id. Tab. 4. a. a. a. a. Y. Y. b.
(*k*) Id. Tab. 4. G. O. O. O. S.
(*l*) Id. Tab. 4. V. Tab. 15. Fig. 1. 2. N. O. P.
(*m*) Id. Tab. 4. N. r. r.
(*n*) Id. Tab. 6. Fig. 6. H. i. k. i. k.
(*o*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. k.
(*p*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. i.
(*q*) Id. Tab. 14. Fig. 6. h.

quæ, vocantur. Uſus trochanteribus in femore (*r*) nomen dedit.

Cavitates dicuntur oſſium impreſſiones profundiores, quæ vel molles vel duras partes admittunt.

Quæ partibus mollibus recipiendis deſtinatæ ſunt, diſtinguuntur in foveam, ſinum, labyrinthum, canalem, fiſſuram, exciſionem, ſulcum, foramen, porum.

Fovea extus late patet, introrſum procedens anguſtatur. Cavitates, quæ oculos recondunt, exemplum præbent (*s*).

Sinus orificium anguſtum habet, reliquam autem partem, reſpectu orificii, ampliſſimam (*t*).

Labyrinthum conſtituunt canales plures convoluti (*u*).

Canalis, per oſſeam ſubſtantiam aliquamdiu decurrens, aperto dein ore extrinſecus hiat (*v*).

Fiſſura longa anguſta apertura eſt, inter partes diverſas ejusdem oſſis vel vicinorum ſeſe extendens (*w*).

Exci-

(*r*) Veſal. Tab. 25. Fig. 1. 2. Y. Y. a. a.

(*s*) Id. Tab. 8 & 9. Fig. 1.

(*t*) Id. Tab. 6. Fig. 6. C. D. F. ſinus ſphænoïdales exhibentur. Tales etiam ſunt in oſſe frontis, in maxillaribus.

(*u*) Albin. Annotat. Acad. Lib. 4. Tab. 1. Fig. 5. Tab. 2. Fig. 4. 5.

(*v*) In maxillæ inferioris parte interiore Veſal. Tab. 11. Fig. poſt. F. canalis incipit, qui a parte anteriore aperto oſtio hiat. Id. Tab. 11. Fig. ant. G. Per oſſa alia ſimiles canales decurrunt, ut vaſa transmittant. Albin. Annotat. Acad. Lib. 5. Tab. 5. Fig. 2. a. a.

(*w*) Veſal. Tab. 6. Fig. 6. l. l.

Exciſio adeſſe dicitur, quando de margine oſſis pars quædam quaſi deficit, aut exſecta eſt (*x*).

Sulcus, quando impreſſio oſſis dimidium quaſi canalem format (*y*).

Foramen dicitur cavitas per totam oſſis ſubſtantiam penetrans (*z*).

Porus appellatur apertura ſubtilis, vix percipienda (*a*).

Aliæ diſtinctiones vix videntur neceſſariæ.

Quæ partes duras continent cavitates, & articulationibus præſertim inſerviunt, ſunt vel profundæ, vel minus profundæ, vel ſuperficiariæ.

Profunda cavitas dividitur in cotylam & alveolum.

Cotyla, cavitas cotyloïdea, vel & acetabulum, magna cavitas eſt, extantibus oris notabilis (*b*).

Alveolus profundam quidem ſiſtit cavitatem, ſed ſimul admodum anguſtam (*c*).

Minus

(*x*) Veſal. Tab. 4. ſupra V. in oſſe innominato.

(*y*) Id. Tab. 10. Fig. 1. 2. T. T. T. Similes dantur in parte interiore & inferiore coſtarum. Nonne & huc referri poſſent tales, qui tendines ſubinde recondunt, ut in parte ſuperiore oſſis humeri pro tendine longiore bicipitis brachii Veſal. Tab. 21. Fig. 1. H. I. In parte inferiore radii, aliisque multis oſſibus. Impreſſiones alii dicunt.

(*z*) Foraminibus talibus multis pertuſa calvaria. Veſal. Tab. 9. 10.

(*a*) In omnibus ferme oſſibus innumeri tales dantur.

(*b*) Veſal. Tab. 4. n. Tab. 24. Fig. 1. 2. e. f. g. e. f. g.

(*c*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. S. in ſuperiore & Tab. 11. in inferiore maxilla alveolos, dentes continentes, exhibuit.

Minus profunda cavitas, glenoïdea dicitur, hæc profunditate cotyloïdeæ cedit, nec tales extantes oras habet (*d*).

Superficiariæ vel ſimplices ſunt, quales plures dantur in oſſibus carpi (*e*), & tarſi (*f*), vel duplices, ut in ſuperiore parte tibiæ (*g*).

Componuntur oſſa diverſimode. Genera compoſitionis poni poſſunt duo, Articulus, atque Symphyſis.

Articulus naturalis oſſium ſyntaxis eſt, in qua ſolus extremorum contactus adeſt, & quæ extrema, qua parte componuntur, deſinunt in cartilaginem, operimento ſimilem.

Dividitur articulus in Diarthroſin atque Amphyarthroſin.

Diarthroſis ea naturalis oſſium per articulationem conjunctio eſt, quæ manifeſtum habet motum. Quæ autem hoc pacto componuntur oſſa vel, ut pleraque, cartilagineo operimento, qua parte ſeſe contingunt, inveſtiuntur; vel illis interjecta cartilago, flexilis, ſingularis naturæ, ut in nexu maxillæ cum ſinubus in oſſibus temporum (*h*), claviculæ cum ſterno (*i*).

Divi-

(*d*) Veſal. Tab. 19. Fig. 2. A. B.
(*e*) Id. Tab. 23. Fig. 3. 4. 5. 6.
(*f*) Id. Tab. 27. Fig. 3 — 13.
(*g*) Id. Tab. 26. Fig. 2. Fig. 4. F. G.
(*h*) Morgagni Adverſar. Anatom. II. Animadver. 28. 31. Tab. 1. Fig. 1. 2. 3. Weitbrecht Syndesmolog. pag. 79. Tab. 8. Fig. 32.
(*i*) Weitbrecht lib. cit. pag. 14. Tab. 1. Fig. 1. 2. 3.

Dividitur Diarthroſis in Enarthroſin, Arthrodiam, Ginglymum.

Enarthroſis vocatur, quando cavum oſſis excipientis altum eſt, caput oſſis excepti magnum, cervici proceræ inſidens. Articulus femoris (*k*) cum oſſe innominato (*l*), in acetabulo (*m*), huc refertur.

Arthrodia eſt, quando cavum oſſis excipientis læve, ſuperficiarium, exiſtit, caput oſſis excepti non magnum, ſed rotundulum, cervici humili inſidens. Hunc in modum os humeri (*n*) articulatur cum ſcapula (*o*).

Ginglymus appellatur, ſi alterum os alterum viciſſim ingreditur, ſic ut unius caput alterius cavo condatur, & viciſſim hujus caput in illius ſinum admittatur, ut in articulo cubiti & humeri, femoris & cruris. Dividunt hunc nonnulli in ginglymum angularem, & lateralem.

Angularem dicunt, dum os unum ſub motu cum altero angulum facit, quemadmodum ulna (*p*) cum oſſe humeri

(*k*) Veſal. Tab. 25. Fig. 1. 2. A.
(*l*) Id. Tab. 24. Fig. 1. 2. 3.
(*m*) Id. Tab. 24. Fig. 1. 2. c. f. g.
(*n*) Id. Tab. 21. Fig. 1. 2. A. B. C.
(*o*) Id. Tab. 19. Fig. 2. A. B.
(*p*) Id. Tab. 22. Fig. 1. D. E. C. Fig. 2. D. E. Fig. 5. D. E. C. Fig. 11. F. F. G. G. H. H. I. K.

meri (*q*) nectitur; lateralem, quando motus ſit lateralis, ut radius (*r*) cum ulna (*s*) copulatur.

Amphyarthroſis ea naturalis oſſium per articulationem conjunctio eſt, quæ exiguum, obſcurum, aliquando nullum motum permittit. Dividitur & hæc a multis in Enarthroſin, Arthrodiam, Ginglymum, quas ſpecies eodem modo diſtinguunt, dum ad primam referunt nexum oſſis tali (*t*) cum naviculari (*u*); ad alteram conjunctionem osſium carpi inter ſe (*v*); ad ultimam articulationem tali (*w*) cum calcaneo (*x*).

Symphyſis dicitur ea oſſium compoſitio, quæ fit per medium quoddam interpoſitum, utrique oſſi continuatum, ſic ut mobilitas alia non concedatur, niſi quam permittit flexibilitas illius, quod conjungit.

Fit ſymphyſis per membranam, quæ oſſa calvariæ in juniore ætate nectit; per cartilaginem, quæ coſtam primam cum

(*q*) Veſal. Tab. 21. Fig. 1. 2. K. L. M.
(*r*) Id. Tab. 22. Fig. 3. 4. 9. m. Fig. 7. o.
(*s*) Id. Tab. 22. Fig. 5. 11. l. Fig. 5. 10. p.
(*t*) Id. Tab. 27. Fig. 3. 4. 5. 6. O.
(*u*) Id. Tab. 27. Fig. 11. k.
(*v*) Id. Tab. 23. Fig. 3. 4. 5.
(*w*) Id. Tab. 27. Fig. 4. Q. S.
(*x*) Id. Tab. 27. Fig. 7. 8. 9. P. R.

cum ſterno firmat, & hic nexus Synchondroſis dicitur; per ligamentum, quale inter ſingula vertebrarum corpora, inter oſſa, quæ ſternum componunt, datur; appellatur Synneuroſis.

Oſſa capitis præterea alia ratione cohærent invicem, nempe per Suturas.

Sutura adeſt, quando oſſa, qua parte cohærent, veluti ſerrata ſunt, denticulosque exigunt, diſcretos intervallis, & denticuli alterius per intervalla reſpondentia altérius recipiuntur.

Dividuntur ſuturæ in veras, ſquamoſas, harmonias.

Veræ ſuturæ dicuntur, in quibus denticuli magni, diſcretaque intervalla, ab aliis denticulis oppleta, extrinſecus inſignia lata ſunt. Diſtinguuntur in Coronalem (*y*), Lambdiformem (*z*), Sagittalem (*a*).

Coronali conjunguntur oſſa verticis (*b*) cum frontis osſe (*c*); extendit ergo ſe a tempore uno ad alterum.

Lambdiformi connectuntur oſſa verticis (*d*) cum oſſe occi-

(*y*) Veſal. Tab. 6. Fig. 3. 4. A. B.
(*z*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. C. D.
(*a*) Id. Tab. 6. Fig. 3. E.
(*b*) Id. Tab. 6. Fig. 3. I. K. Fig. 4. K.
(*c*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. L.
(*d*) Id. Tab. 6. Fig. 3. I. K. Fig. 4. K.

occipitis (*e*). Additamenta hujus vocantur nexus oſſis occipitis cum partibus mammillaribus oſſium temporum (*f*).

Sagittali cohærent verticis oſſa inter ſe (*g*); hæc ergo ab apice lambdiformis ſe extendit in os frontis.

Squamoſa ſutura adeſt, quando oræ oſſium extenuatæ, in modum ſquamæ, ſunt, & alterum alteri imbricatim imponitur; ſic tamen, ut intermedii denticuli, ſpatiolaque ſint, quæ connectant. Squamoſæ partes oſſium temporum (*h*) hoc modo oſſibus verticis (*i*) adſident (*k*); ſic & proceſſus laterales oſſis multiformis (*l*) cum oſſibus verticis nectuntur (*m*).

Harmonia eſt, ubi extrinſecus linea ſimplicior comparet, quamvis intrinſecus oræ denticulatæ ſint, quæ invicem copulantur. Oſſa naſi inter ſe (*n*), & cum proceſſibus naſalibus oſſium maxillarium ſuperiorum (*o*) hoc pacto cohærent.

Albi-

(*e*) Veſal. Tab. 6. Fig. 3. 4. M.
(*f*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. C. G.
(*g*) Id. Tab. 6. Fig. 3. B. E. D.
(*h*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. N.
(*i*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. I. K.
(*k*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. H. F. G.
(*l*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. O.
(*m*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. ab H. ad A.
(*n*) Id. Tab. 8. Fig. 1. Ξ. Ξ. f. f. ad Z.
(*o*) Id. Tab. 8. Fig. 1. e. e. ad Y.

Albinianam præprimis compoſitionis oſſium partitionem, appellationem, ſequutus ſum. Placet autem aliis alia.

DE DIVISIONE SCELETI.

Dividitur Sceletus in Caput, Truncum, Artus (*a*).

Caput componitur ex oſſibus viginti & uno: ſunt hæc duo oſſa verticis (*b*), unum frontis (*c*), occipitis (*d*), duo temporum (*e*), multiforme (*f*), cribriforme (*g*), duo maxillaria ſuperiora (*h*), duo naſi (*i*), totidem jugalia (*k*), ut & unguis (*l*), palati (*m*), ſpongioſa inferiora (*n*), vomer (*o*).

Capi-

(*a*) Veſal. Tab. 1. 2. 3.
(*b*) Id. Tab. 2. 3. α.
(*c*) Id. Tab. 1. 2. 3. β.
(*d*) Id. Tab. 2. 3. γ.
(*e*) Id. Tab. 2. 3. δ.
(*f*) Id. Tab. 2. 3. E. 2. θ. Tab. 6. Fig. 6. C. — o. o.
(*g*) Id. Tab. 6. Fig. 6. A. A. B.
(*h*) Id. Tab. 8. Fig. 1. Λ. Λ. Fig. 2. S. Λ. Λ.
(*i*) Id. Tab. 8. Fig. 1. Ξ. Ξ.
(*k*) Id. Tab. 8. Fig. 1. Γ. Γ.
(*l*) Id. Tab. 8. Fig. 1. Δ. in ſiniſtri oculi fovea.
(*m*) Id. Tab. 8. Fig. 2. Π. Π.
(*n*) Euſtach. Tab. 47. Fig. 6. p. q. r.
(*o*) Veſal. Tab. 8. Fig. 2. Σ.

Capiti adnumeratur maxilla inferior (*p*); capiti ligamentorum ope adnectitur os hyoïdes (*q*).

Maxillis inhærent dentes (*r*); cuique quatuor inciſores, qui medium occupant locum, his a quoque latere adſtant caninus & molares quinque.

Truncus dividitur in Spinam (*s*), Thoracem (*t*), Pelvim (*u*).

Spina componitur 1°. ex vertebris viginti quatuor, ſeptem colli (*v*), quarum ſuprema Atlas (*w*), ſecunda Epiſtropheus (*x*), vocatur; duodecim dorſi (*y*), quinque lumborum (*z*); 2°. ex oſſe ſacro (*a*); 3°. ex coccyge (*b*).

Thoracem conſtituunt duodecim Vertebræ dorſales (*c*), Ster-

(*p*) Veſal. Tab. 1. 2. 3. G. Tab. 11. Fig. 1. 2.
(*q*) Id. Tab. 2. H. Tab. 12. Fig. 1. 2.
(*r*) Id. Tab. 1. 2. 3. Tab. 8. Fig. 1. 2. Tab. 11. Fig. 1. 2.
(*s*) Id. Tab. 1. 2. 3. I. K. L. M. Tab. 13.
(*t*) Id. Tab. 1. 2. 3. K. L. O. P. 1 — 12. Tab. 18. Fig. 1. 2.
(*u*) Id. Tab. 1. 2. 3. M. N. Θ. ο. π. ϱ.
(*v*) Id. Tab. 1. 2. 3. ab I. ad K. Tab. 13. A. B.
(*w*) Id. Tab. 14. Fig. 2. 3. 4.
(*x*) Id. Tab. 14. Fig. 5. 6.
(*y*) Id. Tab. 1. 2. 3. a. K. ad L. Tab. 13. a C. ad D.
(*z*) Id. Tab. 1. 2. 3. ab L. ad M. Tab. 13. ab E. ad F.
(*a*) Id. Tab. 1. 2. 3. ab M. ad N. Tab. 13. a G. ad H. Tab. 17. Fig. 1. 2.
(*b*) Id. Tab. 1. 2. 3. N. Tab. 13. I. K. Tab. 17. Fig. 3.
(*c*) Id. Tab. 1. 2. 3. a. K. ad L. Tab. 13. a C. ad D.

Sternum ſeu pectoris os (*d*), in mucronatam cartilaginem deſinens (*e*), & duodecim in quoque latere Coſtæ (*f*), ſeptem veræ, quæ ſuperiores ſunt, & quinque ſpuriæ.

Formant Pelvim duo Innominata oſſa (*g*) cum Sacro (*h*), quocum articulatur Coccyx (*i*).

Artus ſunt inferior, ſuperior.

Inferior dividitur in Femur (*k*), Crus (*l*), & Pedem extremum (*m*).

In femore unicum os eſt, femoris os dictum (*n*). In crure ſunt Tibia (*o*), Patella (*p*), Fibula (*q*). Pedem extremum componunt Tarſus (*r*), Metatarſus (*s*), Digiti

(*d*) Veſal. Tab. 1. 2. 3. O. Tab. 18. Fig. 1. g. h. i.
(*e*) Id. Tab. 1. 2. 3. P. Tab. 18. Fig. 1. k.
(*f*) Id. Tab. 1. 2. 3. num. 1 — 12. Tab. 18. Fig. 1. 2. num. 1 — 12.
(*g*) Id. Tab. 1. 2. 3. Θ. ο. π. ϱ. Tab. 24. Fig. 1. 2. 3.
(*h*) Id. Tab. 1. 2. 3. ab M. ad N. Tab. 17. Fig. 1. 2.
(*i*) Id. Tab. 1. 2. 3. N. Tab. 17. Fig. 3.
(*k*) Id. Tab. 1. 2. 3. Δ.
(*l*) Id. Tab. 1. 2. 3. Π. Σ. Tab. 26. Fig. 1. 2.
(*m*) Id. Tab. 1. 2. 3. Ω. a—k. Tab. 27. Fig. 1. 2.
(*n*) Id. Tab. 1. 2. 3. Λ. Tab. 25. Fig. 1. 2.
(*o*) Id. Tab. 1. 2. 3. Φ. Tab. 26. Fig. 3. 4.
(*p*) Id. Tab. 1. 2. 3. Ξ. Tab. 25. Fig. 3. 4.
(*q*) Id. Tab. 1. 2. 3. Υ. Tab. 26. Fig. 5. 6.
(*r*) Id. Tab. 1. 2. 3. Ω. a. b. c. c. d. e. f. g. Tab. 27. Fig. 1. 2. Γ. Δ. Θ. 1. 2. 3. 4.
(*s*) Id. Tab. 1. 2. 3. h. h. Tab. 27. Fig. 1. 2. I — V.

giti (*t*). In tarſo dantur talus (*u*), calcaneus (*v*), naviculare (*w*), cuneiforme majus (*x*), cuneiforme minus (*y*), cuneiforme medium (*z*), cubiforme (*a*). Metatarſi oſſa quinque ſunt (*b*), ac totidem dantur digiti, horum quisque conſtat tribus oſſibus (*c*), excepto pollice (*d*), cui medium deëſt. Denique adſtant articulo pollicis (*e*) & metacarpi (*f*) duo oſſicula, ſeſamoïdea (*g*) dicta.

Ad artum ſuperiorem concurrunt Clavicula (*h*), Scapula (*i*), Humerus (*k*), Cubitus (*l*), Manus extrema (*m*).

In

(*t*) Veſal. Tab. 1. 2. 3. i. i. Tab. 27. Fig. 1. 2. Λ. Ξ.
(*u*) Id. Tab. 1. 2. 3. Ω. Tab. 27. Fig. 1. 2. Γ. Fig. 3. 4. 5. 6.
(*v*) Id. Tab. 2. 3. a. Tab. 27. Fig. 1. 2. Δ. Fig. 7. 8. 9.
(*w*) Id. Tab. 1. 2. b. Tab. 27. Fig. 1. 2. Θ. Fig. 10. 11.
(*x*) Id. Tab. 1. 2. d. Tab. 27. Fig. 1. 2. 12. 13. ad num. 1.
(*y*) Id. Tab. 1. 2. 3. e. Tab. 27. Fig. 1. 2. 12. 13. ad num. 2.
(*z*) Id. Tab. 1. 2. 3. f. Tab. 27. Fig. 1. 2. 12. 13. ad num. 3.
(*a*) Id. Tab. 1. 2. 3. g. Tab. 27. Fig. 1. 2. 12. 13. ad num. 4.
(*b*) Id. Tab. 1. 2. 3. h. h. Tab. 27. Fig. 1. 2. I—V.
(*c*) Id. Tab. 27. Fig. 1. 2. σ. τ. υ.
(*d*) Id. Tab. 27. Fig. 1. 2. φ. χ.
(*e*) Id. Tab. 27. Fig. 2. φ.
(*f*) Id. Tab. 27. Fig. 2. π.
(*g*) Id. Tab. 27. Fig. 2. ψ. ω.
(*h*) Id. Tab. 1. 2. 3. Q. Tab. 20. Fig. 1. 2. 3.
(*i*) Id. Tab. 1. 2. 3. R. Tab. 19. Fig. 1. 2. 3.
(*k*) Id. Tab. 1. 2. 3. S. Tab. 21. Fig. 1. 2.
(*l*) Id. Tab. 1. 2. 3. T. U. X. Y. Tab. 22. Fig. 1. 2.
(*m*) Id. Tab. 1. 2. 3. Z. Z. Z. Γ. Γ. Δ. Δ. Tab. 23. Fig. 1. 2.

In humero unum os eſt, humeri os appellatum (*n*); in Cubito dantur ulna (*o*), & radius (*p*); Manus extrema dividitur in Carpum (*q*), Metacarpum (*r*), Digitos (*s*). In carpo ſunt naviculare (*t*), lunatum (*u*), triquetrum (*v*), ſubrotundum (*w*), & hæc ordinem ſuperiorem, cum cubito componendum, conſtituunt. In ſecundo ordine inveniuntur multangulum majus (*x*), multangulum minus (*y*), capitatum (*z*), cuneiforme (*a*). In metatarſo ſunt quinque oſſa (*b*). Digitus quisque conſtat tribus oſſibus (*c*), pol-

(*n*) Veſal. Tab. 1. 2. 3. S. Tab. 21. Fig. 1. 2.
(*o*) Id. Tab. 1. 2. 3. Y. Tab. 22. Fig. 5. 6.
(*p*) Id. Tab. 1. 2. 3. X. Tab. 22. Fig. 3. 4.
(*q*) Id. Tab. 1. 2. 3. Z. Z. Z. Tab. 23. Fig. 1. 2. num. 1—8. Fig. 3. 4. 5. 6.
(*r*) Id. Tab. 1. 2. Γ. Tab. 23. Fig. 1. 2. A. I—IV.
(*s*) Id. Tab. 1. 2. 3. Δ. Δ. Tab. 23. Fig. 1. 2. B. D. &c.
(*t*) Id. Tab. 23. Fig. 1—8. ad num. 1.
(*u*) Id. Tab. 23. Fig. 1—8. ad num. 2.
(*v*) Id. Tab. 23. Fig. 1—8. ad num. 3.
(*w*) Id. Tab. 23. Fig. 1—8. ad num. 4.
(*x*) Id. Tab. 23. Fig. 1—8. ad num. 5.
(*y*) Id. Tab. 23. Fig. 1—8. ad num. 6.
(*z*) Id. Tab. 23. Fig. 1—8. ad num. 7.
(*a*) Id. Tab. 23. Fig. 1—8. ad num. 8.
(*b*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. A. I—IV.
(*c*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. D. E. F.

pollice excepto, qui duo (*d*) habet; hujus autem articulo cum metacarpo (*e*), ſubinde & aliis digitorum cum metacarpo articulis (*f*), Seſamoïdea adſtant.

(*d*) Veſal. Tab. 23. Fig. 1. 2. B. C.
(*e*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. T.
(*f*) Id. Tab. 23. Fig. 1. V. V.

S I N-

SINGULORUM OSSIUM DESCRIPTIO.

DE CAPITE.

Ex viginti & uno oſſibus, quæ cranium ſtricte dictum (ad quod nonnulli tantum octo oſſa, duo verticis, unum frontis, unum occipitis, duo temporum, multiforme, & cribriforme, referunt) faciemque conſtituunt, primo loco dicendum eſt

DE OSSE VERTICIS.

Os VERTICIS, ſyncipitis, bregmatis, parietale (*a*), quadrangulare, ab exteriore gibbum (*b*) ab interiore concavum (*c*), ſuperiorem ac lateralem cranii partem conſtituit. Habet quatuor oras, maximam partem denticulatas; harum prior (*d*) cum oſſe frontis (*e*) nectitur, & conſtituit ſuturam

(*a*) Veſal. Tab. 2. 3. *α*. Tab. 6. Fig. 1. Fig. 3 I. 4. K. 5. K. Tab. 7. Fig. 1. ſupra Λ. Λ. Fig. 2. inter Γ. Γ. & Δ. Δ. Tab. 8. Fig. 1. K. Fig. 2. K.

(*b*) Id. Tab. 6. Fig. 1. 3. I. Fig. 4. 5. K. Tab. 8. Fig. 1. K.

(*c*) Id. Tab. 7. Fig. 2. inter Γ. Γ. & Δ. Δ.

(*d*) Id. ab exteriore Tab. 6. Fig. 3. 4. A. B. ab interiore Tab. 7 Fig. 2. Γ. Γ.

(*e*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. L. Tab. 7. Fig. 2. ſupra Γ. Γ.

turam coronalem; poſterior (*f*) cum oſſe occipitis (*g*), & format ſuturam lambdiformem; ſuperior (*h*) cum oſſe verticis alterius lateris (*i*), oriturque ex hoc nexu ſagittalis ſutura; inferior (*k*) in tres partes dividitur, priorem (*l*), quæ nectitur cum proceſſu laterali oſſis multiformis, ipſi incumbente (*m*); mediam (*n*) exſectam, quæ cum parte ſquamoſa oſſis temporis (*o*), ſic ut hæc, ſquamæ adinſtar, incumbat, licet & in externa parte oſſis verticis & in interna temporis, variæ eminentiæ, intermediæque profunditates, nexum firment; poſteriorem, magis dentatam (*p*), quæ cum parte mammillari (*q*) oſſis temporis nectitur.

Superficies exterior in genere æquabilis eſt, offert tamen veſti-

(*f*) Veſal. ab exteriore Tab. 6. Fig. 3. 4. C. D. ab interiore Tab. 7. Fig. 2. Δ. Δ.

(*g*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. M.

(*h*) Id. Tab. 6. Fig. 1. Fig. 3. B. E. D.

(*i*) Id. ab exteriore Tab. 6. Fig. 3. K. ab interiore Tab. 7. Fig. 1. Θ. Θ.

(*k*) Id. ab exteriore Tab. 6. Fig. 3. 4. A. H. F. G. C. ab interiore Λ. Λ. Ξ. Ξ.

(*l*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. A. H.

(*m*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. O.

(*n*) Id. ab exteriore Tab. 6. Fig. 3. 4. H. F. G. ab interiore Tab. 7. Fig. 1. Δ. Δ.

(*o*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. N.

(*p*) Id. ab exteriore Tab. 6. Fig. 3. 4. G. C. Fig. 1. K. C. ab interiore Tab. 7. Fig. 1. Ξ.

(*q*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. infra G. C.

veſtigium, cui Temporalis muſculus adhæſit (*r*), in eaque prope ſuturam ſagittalem foramen conſpicitur, quod ſæpe abeſt. Interior ſuperficies inæquabilis, ad duram matrem, & prominentia vaſa ſeſe accommodat, & hunc in finem varios ſulcos exhibet (*s*). Præterea veſtigia ſinus longitudinalis, ad ipſam ſuturam ſagittalem (*t*); ſinus lateralis, ubi cum parte mammillari oſſis temporis cohæret (*u*), in hac conſpiciuntur.

Conſtat hoc os, ut reliqua capitis, ex tabula externa, interna, & intermedia tertia, ſpongioſiore, diploë dicta (*v*).

DE OSSE FRONTIS.

Anteriorem & lateralem cranii partem FRONTIS os (*a*) format, oculorum cava pro parte (*b*) conſtituit, & ad naſum aliquid confert. Pars ſuperior ampla, extus rotundula, æquabilis, intus concava, margine, dentato craſſo, con-

(*r*) Veſal. Tab. 6. Fig. 3. 4. R. R. R.
(*s*) Id. Tab. 7. Fig. 2. T. T. T. De ortu horum ſulcorum conſulatur Clar. Albinus Annot. Acad. Lib. IV. cap. 1. pag. 4. ſeq.
(*t*) Veſal. Tab. 7. Fig 2. Θ. Θ.
(*u*) Id. Tab. 7. Fig. 1. i. i. infra Ξ.
(*v*) Id. Tab. 6. Fig. 2.
(*a*) Id. Tab. 1. 2. 3. β. Tab. 6. Fig. 3. 4. L. Tab. 8. Fig. 1. L.L.
(*b*) Id. Tab. 8. Fig. 1. l. in cavis oculorum.

connectitur cum oſſibus verticis (*c*), ſuturam coronalem formans, & cum proceſſu laterali oſſis multiformis, ſic tamen ut hoc os ſubeat, & ibi veſtigium muſculi Temporalis monſtrat (*d*). Ab hoc nexu deorſum procurrens duo habet tubera (*e*), quibus intus accumbunt lobi priores cerebri, deſinitque in ſupercilia (*f*), & mediam glabellam (*g*). — Supercilia arcuata ſunt (*h*), foramine pertuſa (*i*), aut ſemicanali exſecta (*k*), pro nervo frontali, ramo primi rami quinti paris; partibus ſuis exterioribus connectuntur cum oſſibus jugalibus (*l*); ad interiores partes, quæ ſimul tenuiores ſunt, admittunt proceſſus naſales oſſium maxillarium ſuperiorum (*m*). — Glabella, aliquantum prominens, & in mucronem deſinens, ſuſtinet oſſicula naſi (*n*), & ad ſeptum narium confert. — Retrorſum procedunt laminæ

(*c*) Veſal. Tab. 6. Fig. 3. 4. A. B.
(*d*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. R. ant.
(*e*) Id. Tab. 8. Fig. 1. prope I. I.
(*f*) Id. Tab. 8. Fig. 1. ab Y. ad R.
(*g*) Id. Tab. 8. Fig. 1. Z.
(*h*) Id. Tab. 8. Fig. 1. Y. A. R.
(*i*) Id. Tab. 8. Fig. 1. A.
(*k*) Id. Tab. 1. in orbita ſiniſtra.
(*l*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. g. Tab. 8. Fig. 1. R.
(*m*) Id. Tab. 8. Fig. 1. ab X. ad Y.
(*n*) Id. Tab. 8. Fig. 1. ab Y. ad Z.

minæ duæ (*o*) tenues, ſuperiorem utriusque cavi oculi partem formantes, & hoc in loco glaberrimæ; hæ, qua parte ſemet reſpiciunt, in duas partes finduntur, quarum ſuperior (*p*) cum oſſe cribriformi, quod fiſſuram, inter duas lamellas relictam, opplet; inferior cum oſſe cavernoſo, unguis (*q*), & plano (*r*) nectitur, dum medium ſpatium cellulæ occupant, cum cavernulis oſſis cavernoſi cohærentes. Præterea dictæ lamellæ ab exteriore cum proceſſibus lateralibus oſſis multiformis copulantur (*s*), & verſus illum locum ab interiore pro glandula lacrymali excavatæ ſunt; a poſteriore cum ejusdem oſſis proceſſibus prioribus nectuntur (*t*). Qua parte conceptaculum cerebri reſpiciunt hæ laminæ inæquales ſunt (*u*), & ante fiſſuram, quam inter ſe relinquunt, foramen eſt, cæcum dictum (*v*), duram matrem cum vaſis inſertam habens, ſubinde frontis oſſi & cribriformi commune, & ab hoc producitur criſta (*w*),

quæ

(*o*) Veſal. Tab. 8. Fig. 1. I. I. in cavis oculorum.
(*p*) Id. Tab. 7. Fig. 1. ab I ad L.
(*q*) Id. Tab. 8. Fig. 1. ab X. ad V.
(*r*) Id. Tab. 8. Fig. 1. ab V. ad T.
(*s*) Id. Tab. 8. Fig. 1. ab S. ad G.
(*t*) Id. Tab. 7. Fig. 1. L. ϒ. ζ.
(*u*) Id. Tab. 7. Fig. 1. inter I. r. L. & marginem exteriorem cranii.
(*v*) Id. Tab. 10. Fig. 1. inter m. & K.
(*w*) Id. Tab. 10. Fig. 1. m.

quæ per internam oſſis partem adſcendit, proceſſum falciformem duræ matris adnexum habet, & in veſtigium ſinus longitudinalis (*x*) deſinit.

Supra ſupercilia atque glabellam tabulæ hujus oſſis ſecedunt a ſe invicem, & formant ſinus frontales, medio ſepto diſtinctos, nunc majores, nunc minores, ſubinde per varia ſepimenta aut pro parte aut plene ſubdiviſos, quorum quisque diſtincto oſtio, ad priora & ſuperiora oſſis cavernoſi, ad latus ſepti narium deſinit (*y*).

Subinde frontis os procurrente ſutura ſagittali in duas partes diviſum eſt (*z*).

DE OSSE OCCIPITIS.

Quod inter verticis oſſa apice ſuo ſeſe interſerit, Occipitis os (*a*) poſteriorem & inferiorem calvariæ partem, cum trunco connectendam, facit. Septem habet oras; duæ ſuperio-

(*x*) Veſal. Tab. 10. Fig. 2. l.

(*y*) Id. Tab. 10. Fig. 1. 2. K. Palfyn beſchryving der beenderen Tab. 2. Fig. 1. E. Tabula externa in quoque latere ablata eſt, ſic ut dexter ſiniſterque ſinus aperti conſpiciantur, per aperturas autem, quarum ope cum naribus internis communicant, ſtyli transmiſſi ſunt, ut in Tab. 1. Fig. 1. I. K. Conf. Obſervationes Anatomico-Pathologicæ Lib. I. pag. 102. Lib. III. pag. 121. 122.

(*z*) Obſervat. Anatom. Patholog. Lib. III. pag. 111.

(*a*) Veſal. Tab. 6. Fig. 3. 4. M. Fig. 5. M. M. M. Tab. 8. Fig. 2. M. M. M.

periores, craſſæ, dentatæ, conjunguntur cum oſſibus verticis (*b*), & conſtituunt ſuturam lambdiformem (*c*); ſequentibus binis lateralibus, non adeo dentatis, jungitur oſſibus mammillaribus (*d*); ſequuntur tunc in utroque latere lunula major (*e*) & minor (*f*), quæ cum ſimilibus, in partibus petroſis oſſium temporum inveniendis (*g*), in foramina mutantur, per quorum poſteriora (*h*) ſe evacuant ſinus laterales duræ matris (& his ab inferiore diverticula (*i*) adſtant, quibus adjunguntur venæ jugulares internæ); per priora (*) decurrunt octavum par nervorum, & ſpinales acceſſorii. Porro pars inferior & prior hujus oſſis, leviter ſurſum procedens & anguſtata, ſequentibus oris cum partibus petro-

(*b*) Veſal. extrinſecus Tab. 6. Fig. 3. 4. a C. ad D. intrinſecus Tab. 7. Fig. 2. Δ. Δ. Δ.

(*c*) Id. Tab. 2. 3. B. Tab. 6. Fig. 3. 4. a C. ad D. Tab. 7. Fig. 1. 2 Δ. Δ. Δ.

(*d*) Id. extr. Tab. 6. Fig. 3. a C. ad proceſſum i. intr. Tab. 7. Fig. 1. ab Ξ. ad c.

(*e*) Id. Tab. 9. Fig. 2. c.

(*f*) Id. Tab. 9. Fig. 2. ad parvam a c. diſtantiam verſus priora.

(*g*) Id. Tab. 9. Fig. 2. infra V.

(*h*) Id. Tab. 10. Fig. 1. pone c.

(*i*) Id. Tab. 9. Fig. 2. inter c. & V.

(*) Id. Tab. 10. Fig. 1. c.

petroſis oſſium temporum (*k*) nectitur, & denique ultima adglutinatur baſi inæquabili oſſis multiformis (*l*).

Pars hujus oſſis ſuperior, ſatis craſſa, ab exteriore (*m*) æquabilis eſt; inferior autem inæquabilis, muſculis multis immerſa (*n*). Ab interiore quatuor habet excavationes, quarum ſuperioribus (*o*) accumbunt lobi poſteriores cerebri, inferioribus (*p*) cerebellum; diſtinguuntur ſuperiores ab invicem veſtigio ſinus longitudinalis (*q*), ab inferioribus autem veſtigio ſinuum lateralium (*r*). Inter inferiores eminentia (*s*) eſt, cui adhæret proceſſus duræ matris, lobos cerebelli dirimens.

Inferior eaque prior pars, foramine (*t*) magno, oblongo, pertuſa eſt, per quod exit medulla ſpinalis, intrant ſpinales acceſſorii nervi, & arteriæ vertebrales. Huic ab infe-

(*k*) Veſal. extr. Tab. 6. Fig. 5. inter i. & m. m. verſus priora, intr. Tab. 7. Fig. 1. Ξ, Ξ.
(*l*) Id. extr. Tab. 6. Fig. 5. n. n. intr. Tab. 7. Fig. 1. Π.
(*m*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. inter M. & D.
(*n*) Id. Tab. 6. Fig. 5. M. M.
(*o*) Id. Tab. 7. & 10. Fig. 1. ſupra h. i.
(*p*) Id. Tab. 7. & 10. Fig. 1. infra h. i.
(*q*) Id. Tab. 10. Fig. 1. k. & Fig. 2. l.
(*r*) Id. Tab. 10. Fig. 1. h. i. i. i.
(*s*) Id. Tab. 10. Fig. 1. a k. verſus foramen magnum.
(*t*) Id. Tab. 9. Fig. 2. e. Tab. 10. Fig. 1. c.

inferiore adſtant tubera duo (*u*) oblonga, gibba, oblique a poſterioribus ad anteriora directa, cartilagine incruſtata, admittenda in ſinus, qui in parte laterali primæ vertebræ, ſeu Atlantis (*v*), dantur. — In quoque latere & priore parte dicti foraminis aliud (*w*) adeſt pro nervo noni paris. — Pone condylos ſunt foramina pro venis vertebralibus (*x*). — In nexu cum oſſe mammillari (*y*), & ſubinde in uno alterove ex his oſſibus, foramen conſpicitur pro vaſis occipitalibus. — Sinuum denique lateralium brevia veſtigia ab interiore, non longe a foramine magno, dantur (*z*).

DE OSSE TEMPORIS.

Partem calvariæ lateralem, ac ſimul inferiorem, facit, auditus organon continet, maxillam ſuperiorem calvariæ jugat, & ad formandum articulum pro maxilla inferiore

(*u*) Veſal. Tab. 6. Fig. 5. l. l. Tab. 14. Fig. 1. B. & in ſiniſtro latere C. D. E. F.

(*v*) Id. Tab. 14. Fig. 2. N. & in ſiniſtro latere O. P. Q. R.

(*w*) Id. Tab. 9. Fig. 2. d. Tab. 10. Fig. 1. d.

(*x*) Id. Tab. 9. Fig. 2. f.

(*y*) Id. Tab. 9. Fig. 2. g. Tab. 10. Fig. 1. g.

(*z*) Id. Tab. 7. & 10. Fig. 1. parum pone c.

re concurrit, Os TEMPORIS unum utrimque (*a*); quod dividitur in partem ſquamoſam (*b*), petroſam (*c*), & mammillarem (*d*).

Squamoſa pars ſemicircularis, ab exteriore gibba, æquabilis (*e*), ab interiore inæquabilis (*f*), cohæret parte ſua priore, craſſiore, cum proceſſu laterali oſſis multiformis (*g*), ſuperiore, intrinſecus ſquamæ in modum extenuata (*h*), & ſeſe ad eminentias & ſinus, in verticis oſſe inveniendos, accommodante cum oſſe verticis (*i*).

Petroſa (*k*) oblique introrſum & antrorſum procurrens (*l*), ſeſe inter ſquamoſam partem (*m*), os multiforme

(*a*) Veſal. Tab. 2. 3. 5. Tab. 6. Fig. 3. 4. 5. N.
(*b*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. N. Tab. 8. Fig. 1. L.
(*c*) Id. extr. Tab. 6. Fig. 5. r. ſ. intr. Tab. 7. Fig. 1. a A. inferius ad Ξ anterius.
(*d*) Id. extr. Tab. 6. Fig. 3. 4. 5. inter G. & K. intr. Tab. 7. Fig. 1. inter Ξ. poſterius & i. ſuperius.
(*e*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. N. Tab. 8. Fig. 1. L.
(*f*) Id. Tab. 7. Fig. 1. inter Λ. & Λ.
(*g*) Id. Tab. 6. Fig. 4. H. a. a.
(*h*) Palfyn Anatomie Chirurgicale Tom. 1. Pl. 8. Fig. 6. B.
(*i*) Veſal. Tab. 6. Fig. 3. 4. F. G. H.
(*k*) Id. extr. Tab. 6. Fig. 5. r. ſ. intr. Tab. 7. Fig. 1. a A. inferius ad Ξ, anterius.
(*l*) Id. Ibid.
(*m*) Id. extr. Tab. 6. Fig. 5. N. a. a. h. intr. Tab. 7. Fig. 1. Λ. Λ.

me (*n*), & occipitis (*o*) interponens, & iis nexa, dura, craſſa, & adſurgens cameram cerebri a camera cerebelli diſtinguit, qua cerebri cameram reſpicit inæquabilis (*p*), qua cerebelli (*q*) æquabilior, & ad mediam eminentem atque acutam partem proceſſum lateralem duræ matris admittens (*r*).

Mammillaris pars (*s*) craſſa, ab exteriore gibba (*t*), ab interiore exſecta (*u*), & veſtigium ſinus lateralis duræ matris exhibens, a ſuperiore cum oſſe verticis (*v*), a poſteriore cum oſſe occipitis (*w*), nectitur.

Ex quaque parte erigitur proceſſus Zygomaticus (*x*) lato principio, quodammodo triangulari (*y*), ex inferiore par-

(*n*) Veſal. extr. Tab. 6. Fig. 5. O. O. intr. Tab. 7. Fig. 1. S. Q. R.

(*o*) Id. extr. Tab. 6. Fig. 5. M. m. n. intr. Tab. 7. Fig. 1. Ξ. anterius.

(*p*) Id. Tab. 7. Fig. 1. inter a. & R.

(*q*) Id. Tab. 7. Fig. 1. a. c.

(*r*) Id. Tab. 7. Fig. 1. parum ſupra a.

(*s*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. a G. ad k.

(*t*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. inter G. & k. Tab. 8. Fig. 1. M.

(*u*) Id. Tab. 7. & 10. Fig. 1. i. g.

(*v*) Id. extr. Tab. 6. Fig. 3. 4. G. C. intr. Tab. 7. Fig. 1. Ξ. A.

(*w*) Id. Tab. 6. Fig. 5. ab m. inf. ad i.

(*x*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. X.

(*y*) Id. Tab. 6. Fig. 5. a quoque latere h.

parte partis ſquamoſæ oritur, mox in priora reflectitur, extrinſecus gibbus, intrinſecus concavus, obliquo ſerrato fine deſinit, & cum Zygomate jungitur (*z*). — Styliformis (*a*), gracilis, longior vel brevior, ex parte petroſa prodit, & ligamentum oſſis hyoïdis (*b*) admittit. — Mammillaris (*c*), ex parte mammillari prodiens, cavernoſus intus, ab exteriore aſperulus eſt (*d*), ab interiore profunde inciſus (*e*). — Ad radicem proceſſus Zygomatici ſinus (*f*) eſt oblongus, oblique poſitus, cartilagine incruſtatus, & ante ſinum tuberculum (*g*), eadem in directione poſitum, eademque, quæ ſinum inveſtit, cartilagine tectum, quod una cum illo ſinu inſervit ad admittendum condylum maxillæ inferioris, interventu lamellæ ſingularis cartilagineæ, ſeſe in motu maxillæ vicinis partibus accommodantis (*h*).

Sunt

(*z*) Veſal. Tab. 6. Fig. 3. Z. Fig. 5. Y.
(*a*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. 5. i.
(*b*) Id. Tab. 12. Fig. 1. N.
(*c*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. 5. k.
(*d*) Id. Ibid.
(*e*) Id. Tab. 6. Fig. 5. prope k. a latere interiore.
(*f*) Id. Tab. 6. Fig. 4. 5. h.
(*g*) Id. Tab. 6. Fig. 5. ante h.
(*h*) Morgagni Adverſar. Anat. II. animadverſ. 28. 31. Tab. 1. Fig. 1. 2. 3. Weitbrecht Syndesmolog. pag. 79. Tab. 8. Fig. 32.

Sunt denique huic oſſi foramina propria, ſunt & alia, cum vicinis communia. Conſpicitur quippe in parte exteriore partis petroſæ foramen ovale meatus auditorii (*i*); magis verſus priora fiſſura inter os ſquamoſum & petroſum, per quam penetrat tendo muſculi externi mallei, & radix prior chordæ tympani (*k*). Porro oſtium partis oſſeæ tubæ Euſtachianæ (*l*), in tympano altera ſua extremitate patentis; orificium canalis, ſurſum ſe & ſimul nonnihil in priora curvantis (*m*), per quem penetrat arteria carotis interna

(*i*) Veſal. Tab. 9. Fig. 2. a. Conjunxit expoſitionem hujus litteræ a. cum ea, quam de littera a. Tab. 10. Fig. 1. dandam eſſe, cenſuit. Ea, quæ ego huic expoſitioni addidi, pertinent ad foramen a. in Fig. 1. Tab. 10. Potuiſſem hic addere, ea foramina, quæ Tab. 9. Fig. 2. & Tab. 10. Fig. 1. eâdem littera a. notantur, proprie communicationem non habere, adeoque in recapitulatione omnium foraminum pag. 22. lin. 6. delenda eſſe hæc verba Tab. 9. Fig. 2. a. quæ hic loci irrepſerunt ex eo, quod Veſalius duas figuras dictas conjunxerat.

(*k*) Veſal. Tab. 9. Fig. 2. inter V. & a. Sed rite ex figura foramen hoc cognoſci non poteſt.

(*l*) Id. Tab. 9. Fig. 2. V.

(*m*) Id. Tab. 9. Fig. 2. X. Tab. 10. Fig. 1. X. Ex decima quidem tabula foraminis hujus ſedes a latere baſeos oſſis multiformis quodammodo intelligitur, ſed ex Tab. 9. Fig. 2. verum ipſius principium non diſtincte apparet, propric parum infra V. & in oppoſito latere ſatis clare conſpicitur. Habet X. in Fig. 2. Tab. 9. quidem communicationem cum X. in Fig. 1. Tab. 10., ſed non talem, ut ab uno oſtio ad alterum canalis caroticus tendat. Conf. Palfyn beſchryving der Beenderen Tab. 2. Fig. 5. g g.

terna & nervus intercoſtalis; foramen quo hiat aquæ ductus Falloppii, inter proceſſum mammillarem & ſtyliformem (*n*), ex quo egreditur portio dura nervi auditorii. A parte interiore eſt oſtium canalis (*o*), quem intrat nervus auditorius, & intra quem incipit proprio oſtio aquæ ductus Falloppii (*p*). — Inter partem petroſam & os occipitis datur præterea fiſſura (*q*), quæ, in recenti, in duo foramina, rarius ſepto oſſeo diſtincta, mutatur, per quorum poſterius ſinus lateralis duræ matris (*r*) ſeſe evacuat in venam jugularem internam, diverticulo, inferiori hujus oſſis parti adſtanti (*s*), adnexam; per prius autem nervus octavi paris tranſit cum eo, qui a ſpinali medulla recurrit. Denique in nexu partis mammillaris cum oſſe occipitis, pro tranſitu venarum occipitii ad ſinus laterales duræ matris & parvarum arteriarum, adſunt foramina (*t*), ſubinde mammillari oſſi propria.

(*n*) Veſal. Tab. 9. Fig. 2. b.
(*o*) Id. Tab. 10. Fig. 1. a.
(*p*) Albin. Annotat. Acad. Lib. 4. Tab. 2. Fig. 3. k.
(*q*) Veſal. Tab. 10. Fig. 1. c.
(*r*) Id. Tab. 10. Fig. 1. i. i. i.
(*s*) Id. Tab. 9. Fig. 2. c.
(*t*) Id. Tab. 9. Fig. 2. g. Tab. 10. Fig. 1. g.

DE ORGANO AUDITUS.

Intra partem petroſam deſcripti hactenus oſſis deliteſcit, egregie defenſum, Auditus Organum. Hoc a meatu auditorio diſtinguitur per membranam tympani oblique poſitam (*a*). Dividitur in duas cavitates, alteram anteriorem, tympanum (*b*), alteram poſteriorem, labyrinthum (*c*). Tympanum, retrorſum ſeſe multum extendens pone os ſquamoſum (*cc*), cum faucibus per tubam Euſtachianam communicans (*d*), malleum (*e*), incudem (*f*), oſſiculum ſubrotundum, & ſtapedem (*g*) recondit. Hæc autem oſſicula ſic inter ſe, & cum membrana tympani cohærent, ut malleus primo loco ponatur, ejus gracilis & longiſſimus proceſſus (*h*) verſus ſulcum annuli (*i*), brevis verſus membranam tympani, dirigatur; manubrium, deorſum extror-

(*a*) Albin. Annotat. Acad. Lib. 4. Tab. 1. Fig. 1. h.
(*b*) Id. Ibid. Fig. 2. a.
(*c*) Id. Ibid. Fig. 5.
(*c.c*) Id. Ibid. Fig. 3. f.
(*d*) Id. Ibid. Fig. 2. m. Fig. 1. l.
(*e*) Id. Ibid. Fig. 2. b.
(*f*) Id. Ibid. Fig. 2. d.
(*g*) Id. Ibid. Fig. 2. e.
(*h*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 2. c. Tab. 2. Fig. 6. e.
(*i*) Id. Icon. oſſium fœtus Lib. 3. Fig. 17. c.

extrorſum & antrorſum directum, adnectatur membranæ dictæ (*k*), ſic ut ultra centrum ipſius pertineat, eamque ſic ſecet, ut pars prior poſteriore anguſtior ſit. Ad hunc malleum per ſemicanalem (*l*) Tenſor tympani decurrit (*m*). Caput mallei (*n*), per collum, quod dictos emittit proceſſus, a manubrio diſtinctum, committitur cum duplici ſuperficie in corpore incudis (*o*), ad illud ſua forma ſeſe accommodans. Hoc os habet, præter corpus, duo crura, breve retrorſum tendit (*p*), longum deſcendit (*q*), & interventu ſubrotundi jungitur cum ſinu in parte ſuperiore ſtapedis (*r*), qui conſtat capite, collo, baſi & duobus cruribus, incurvis, anteriore tamen rectiore, & ſic ponitur, ut baſi ſua plana, ovata, clauſa, retrorſum tendat, & feneſtram ovalem, cui ſe figura ſua accommodat, claudat (*s*).

In hac prima cavitate, demtis oſſiculis, protuberantes conſpi-

(*k*) Albin. Annotat. Acad. Lib. 4. Tab. 1. Fig. 1. i.
(*l*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 2. k. k. Fig. 3. i.
(*m*) Conf. Deſcriptio muſculorum. pag. 96.
(*n*) Albin. Annotat. Acad. Lib. 4. Tab. 2. Fig. 6. d.
(*o*) Id. Ibid. Tab. 2. Fig. 6. f.
(*p*) Id. Ibid. Tab. 2. Fig. 6.
(*q*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 2. d.
(*r*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 2. e. Tab. 2. Fig. 6. h.
(*s*) Id. Ibid. Tab. 2. Fig. 5. i.

ſpiciuntur partes variæ, veſtibulum & principium cochleæ (*t*), cochlea (*u*), aquæductus Falloppii (*v*), conceptaculum muſculi Stapedii (*w*), canalis ſemicircularis minimus (*x*). Adſunt etiam feneſtræ duæ, ovalis (*y*) & rotunda (*z*).

Labyrinthus (*a*) dividitur in medium veſtibulum (*b*), in tres canales ſemicirculares (*c*), qui a parte poſteriore ſunt, & diſtinguuntur in majorem (*d*), qui ſimul inferior eſt, minorem (*e*), minimum (*f*); & in cochleam (*g*). In veſtibulo, quod ope feneſtræ ovalis (*h*) communicat cum tympano, ſunt ſinus tres, ſemiovalis (*i*), hemiſphæricus (*k*) juxta oſtium

(*t*) Albin. Ibid. Tab. 1. Fig. 3. b. Fig. 5.
(*u*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 3. c. Fig. 5.
(*v*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 3. d. Fig. 4.
(*w*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 3. e. Fig. 4.
(*x*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 3. h. Fig. 5.
(*y*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 3. m.
(*z*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 3. o.
(*a*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 5.
(*b*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 5. d. Tab. 2. Fig. 2. d. Fig. 3. t.
(*c*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 5. a. b. c. Tab. 2. Fig. 2. 4. 5. a. b. c. Fig. 3. q. r. s.
(*d*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 5. c. Tab. 2. Fig. 2. 4. 5. b. Fig. 3. r.
(*e*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 5. a. Tab. 2. Fig. 2. 4. 5. a. Fig. 3. q.
(*f*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 5. b. Tab. 2. Fig. 2. 4. 5. c. Fig. 3. s.
(*g*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 5. e. Tab. 2. Fig. 2. 4. e. Fig. 3. u.
(*h*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 5. h. Tab. 2. Fig. 5. i.
(*i*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 6. m.
(*k*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 6. n.

oſtium cochleæ, quo ſcala veſtibuli incipit, ſulciformis (*l*), & foramen quoddam (*m*). Tres canales ſemicirculares patent (*n*) oſtiis ſuis in parte veſtibuli poſteriore. Sunt ipſis oſtia quinque, ſolus quippe minimus duo ſibi propria oſtia (*o*) habet, minor habet unum ſibi proprium (*p*), ut & major (*q*), ſed hi alterum oſtium commune (*r*) habent. Cochlea, duos gyros cum dimidio formans, communicat cum veſtibulo (*s*), & cum foramine rotundo (*t*); capacitas quippe ipſius dividitur, per medium ſeptum (*u*), in duas ſcalas, alteram veſtibuli (*v*), ex veſtibulo juxta ſinum hæmiſphæricum ortam, alteram tympani (*w*), capaciorem, procedentem a feneſtra rotunda. Septum autem illud conſtat ex lamina ſpirali (*x*), & parte membranacea (*y*); oritur a veſtibu-

(*l*) Albin. Ibid. Tab. 1. Fig. 6. o.
(*m*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 6. r.
(*n*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 6. d. e. h. i. l. Tab. 2. Fig. 5. m. n. o. r. s.
(*o*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 6. d. e. Tab. 2. Fig. 5. r. s.
(*p*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 6. h. Tab. 2. Fig. 5. n.
(*q*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 6. i. Tab. 2. Fig. 5. o.
(*r*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 6. l. Tab. 2. Fig. 5. m.
(*s*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 6. t. u. u.
(*t*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 6. v. Tab. 2. Fig. 5. t.
(*u*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 6. w. x. Tab. 2. Fig. 5. w. x.
(*v*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 6. w. x.
(*w*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 6. y. Tab. 2. Fig. 5. w.
(*x*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 6. w.
(*y*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 6. x.

ſtibulo (z) lamina ſpiralis principio lato, pars membranacea anguſto, inde hæc annexa interiori primum margini feneſtræ rotundæ, & ab eo procedenti cochleæ (*a*), ſic ut feneſtra rotunda capacitate ſua (*b*) pertineat ad ſolam ſcalam tympani (*c*), & diviſa ſit per ſeptum (*d*) ab introitu ſcalæ veſtibuli (*e*), qui in ſolam ſcalam veſtibuli exit, ab altera parte dicti ſepti.

Ad partes has ſeptimum par nervorum cerebri pertinet, & hunc in finem intrat canalem communem (*f*) portio mollis atque dura; fundus autem hujus canalis dividitur media eminentia (*g*) in duos ſinus, minorem (*h*), majorem (*i*). In ſinu majori pars alia eminentior (*k*), ubi intus cochleæ gyrus, exiſtit, alia altius ſinuata (*l*), quæ baſis eſt modioli cochleæ. In ſinu minori foramen eſt (*m*), quo

(*z*) Albin. Ibid. Tab. 1. Fig. 6. juxta n.
(*a*) Id. Ibid. Tab. 2. Fig. 5. t. u. x.
(*b*) Id. Ibid. Tab. 2. Fig. 5. u.
(*c*) Id. Ibid. Tab. 2. Fig. 5. v. v.
(*d*) Id. Ibid. Tab. 2. Fig. 5. w. x.
(*e*) Id. Ibid. Tab. 2. Fig. 5. l.
(*f*) Id. Ibid. Tab. 2. Fig. 1. f. Fig. 2. k. l. Veſal. Tab. 10. Fig. 1. a.
(*g*) Albin. lib. cit. Tab. 2. Fig. 3. c.
(*h*) Id. Ibid. Tab 2. Fig. 3. e.
(*i*) Id. Ibid. Tab. 2. Fig 3. h. i.
(*k*) Id. Ibid. Tab. 2. Fig. 3. h.
(*l*) Id. Ibid. Tab. 2. Fig. 3. i.
(*m*) Id. Ibid. Tab. 2. Fig. 3. k.

quo aquæductus Falloppii incipit, qui inde ſemicanalis eſt, ſupra in oſſe petroſo patens, mox rurſus integer (*n*), porroque per tympanum procedens (*), & altero ſuo oſtio inter proceſſum ſtyliformem & mammillarem patens (*o*). Adeſt & aliud foramen (*p*), quod ad veſtibulum tendit (*q*). Sunt & parva alia, penetrat quippe hic portio mollis nervi auditorii, dura vero aquæ ductum Falloppii tranſit, & per faciem dein diſtribuitur (*r*).

(*n*) Albin. Ibid. Tab. 2. Fig. 3. l.
(*) Id. Ibid. Tab. 4. Fig. 1. a.
(*o*) Veſal. Tab. 9. Fig. 2. b.
(*p*) Id. lib. cit. Tab. 2. Fig. 3. m.
(*q*) Id. Ibid. Tab. 1. Fig. 6. r.
(*r*) De ita dictis aquæductibus auris internæ conſulatur D. Cotunnii de aquæductibus auris internæ humanæ anatomica Diſſertatio. Neapoli 1761. quam inſerui Theſaur. Diſſert. &c. Tom. 1. pag. 391. ut & S. F. Meckel de Labyrinthi auris contentis Argentorati 1777.

DE OSSE MULTIFORMI.

Omnibus calvariæ oſſibus interſertum, Os MULTIFORME (*a*), commode dividitur in baſim (*b*), & proceſſus utrimque tres (*c*).

Baſis, pars media & craſſiſſima (*d*), primo adſurgens (*e*), dein exſecta (*f*), & ita dictam ſellam turcicam formans, parte ſua poſteriore, ſcabra & inæquali (*ff*), nectitur cum oſſe occipitis (*g*). A latere hujus nexus ſunt lunulæ (*h*), juxta quas arteriæ carotides internæ adſcendunt. Ex illa parte poſtica exſurgit lamina quædam (*i*), in duos proceſſus (*k*), clinoïdeos poſteriores dictos, deſinens; baſis ipſa a priore prominet, & adſtant totidem anteriores proceſſus clinoïdei, qui ſunt mucrones poſteriores proceſſuum priorum (*l*). Procurrit baſis verſus anteriora in ſquamam (*m*), quæ

(*a*) Veſal. Tab. 6. Fig. 6. C — o. o.
(*b*) Id. Tab. 6. Fig. 6. a. b. a.
(*c*) Id. Tab. 6. Fig. 6. f. f. h. h. i. i.
(*d*) Id. Tab. 6. Fig. 6. a. a.
(*e*) Id. Tab. 6. Fig. 6. a. ant.
(*f*) Id. Tab. 6. Fig. 6. b.
(*ff*) Id. Tab. 6. Fig. 6. a. poſt.
(*g*) Id. intr. Tab. 7. Fig. 1. п. extr. Tab. 6. Fig. 5. m. n. n.
(*h*) Id. Tab. 6. Fig. 6. inter D. & foramen n.
(*i*) Veſal. Tab. 6. Fig. 6. c.
(*k*) Id. Tab. 6. Fig. 6. e. e.
(*l*) Id. Tab. 6. Fig. 6. d. d.
(*m*) Id. Tab. 6. Fig. 6. inter a. & B. Tab. 7. Fig. 1. Ƴ.

quæ ſe interſerit lamellis oſſis frontis, usque ad partes cribriformes (*), inſidet interſtitio cribriformis & cavernoſis (*n*), & infra ſquamam nectitur cum oſſe plano, & palati (*o*). A priore baſeos acumen eſt (*p*), quod cohæret cum interſtitio dicto (*q*), atque vomere (*r*).

Proceſſus priores (*s*), a baſi latiore (*t*), in acumen deſinentes (*u*), ora poſteriore liberi (*v*), priore cum oſſe frontis (*w*) conjunguntur, & cavorum, quæ oculos recondunt, partem poſteriorem & ſuperiorem conſtituunt. Laterales proceſſus (*x*), ex media baſi orti, intrinſecus cavi (*y*), in priora, exteriora, & ſuperiora excurrentes, ſeſe

(*) Albin. a parte ſuperiore Tab. oſſium 3. Fig. 2. inter v. & k. proxim ab inferiore Tab. 5. Fig. 2. α. Conf. Tab. 5. Fig. 2. ab utroque latere α.

(*n*) Id. Tab. 3. Fig. 3. inter m. & v. Tab. 4. Fig. 1. inter i. & n. prox.

(*o*) Id. cum oſſe plano Tab. 4. Fig. 8. inter v. & F. Cum oſſe palati extr. Tab. 4. Fig. 8. juxta poſteriorem partem T. z. intr. Tab. 4. Fig. 2. inter e. & α.

(*p*) Id. Tab. 5. Fig. 2. c. z. Tab. 3. Fig. 3. p.

(*q*) Id. Tab. 3. Fig. 3. inter p. & y.

(*r*) Veſal. Tab. 6. Fig. 5. Σ. Albin. Tab. 3. Fig. 3. inter o. & z. Tab. 2. Fig. 1. v.

(*s*) Veſal. Tab. 6. Fig. 6. f. f.

(*t*) Id. Tab. 6. Fig. 6. f. d. Tab. 7. Fig. 1. inter L. & γ.

(*u*) Id. Tab. 7. Fig. 1. ζ.

(*v*) Id. Tab. 7. Fig. 1. ab S. ad ζ.

(*w*) Id. Tab. 7. Fig. 1. ab L. ad ζ.

(*x*) Id. Tab. 6. Fig. 6. h. h.

(*y*) Id. Tab. 6. Fig. 6. h. h. Tab. 7. Fig. 1. inter H. & Σ.

ſeſe interſerunt inter os petroſum (*z*), ſquamoſum (*a*), verticis (*b*), frontis (*c*), ſed præterea ſecundum longitudinem in priora & exteriora inſigniter producuntur, verſus os jugale tendunt, & cum hoc conjunguntur (*d*), adeo ut ſic duo latera oriantur, quorum unum, excavatum, pertinet ad tempus (*e*), alterum, æquabile, ad cavum oculi (*f*).

Proceſſus pterygoïdei, ſeu aliformes (*g*), ex inferiore & poſtica parte lateralium baſique oriuntur, pone maxillam ſuperiorem deſcendunt (*h*), & parte poſtica excavati cavum formant (*i*), cujus parietes conſtituunt lamellæ (*k*), exterior latior (*l*), interior minus lata (*m*), & in hamulum

(*z*) Veſal. intr. Tab. 7. Fig. 1. prope R. Q. S. extr. Tab. 6. Fig. 5. inter a. & f.

(*a*) Id. Tab. 7. Fig. 1. Σ. Σ. extr. Tab. 6. Fig. 3. H. a. Fig. 4. H. a. a.

(*b*) Id. Tab. 6. Fig. 3 & 4. ab H. ad A.

(*c*) Id. in tempore Tab. 6. Fig. 3. O. b. in cavo oculi Tab. 8. Fig. 1. ſupra N. in dextro latere.

(*d*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. 5. d. in tempore. Tab. 8. Fig. 1. a. Q ad S. in cavo oculi ſiniſtro. Q. in dextro.

(*e*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. O.

(*f*) Id. Tab. 8. Fig. 1. N. in latere dextro.

(*g*) Id. Tab. 6. Fig. 6. i. i.

(*h*) Id. Tab. 6. Fig. 5. P. P.

(*i*) Id. Tab. 6. Fig. 6. inter i. & k. Fig. 5. 2. P. 3. 4. P. 5.

(*k*) Id. Tab. 6. Fig. 5. ad num. 2. 3. 4. 5. Fig. 6. i. k.

(*l*) Id. Tab. 6. Fig. 5. ad num. 2. 5. Fig. 6. i. i.

(*m*) Id. Tab. 6. Fig. 5. ad num. 3. 4. Fig. 6. k. k.

lum (*n*) deſinens, juxta quem Circumflexus palati muſculus ſeſe flectit (*o*). Inter duas lamellas, infra dehiſcentes (*p*), pars oſſis palati (*q*) admittitur. Pars media craſſiſſimaque oſſis duas recondit cavernas (*r*), ſinus ſphænoïdales dictas. Hi, medio ſepto (*s*) diviſi, majores, minoresve, rarius abſentes (*t*); ætate minus provectis, infra facti, ex oſſiculis ſeparatis, adjunctis baſi, quæ poſt coëunt cum ea (*u*); foraminibus binis ad ſuperiora & poſteriora narium patent (*v*).

Foramina huic oſſi propria adſunt varia. Pro tranſitu nervi optici, & arteriarum, a carotidibus internis emiſſarum, datur tale inter baſim & proceſſum priorem (*w*); in proceſſu laterali utroque inveniuntur tria, quorum primum (*x*), rotundum, tranſmittit ramum ſecundum quinti paris nervorum

(*n*) Veſal. Tab. 6. Fig. 5. ad num. 3. 4.

(*o*) Conf. Deſcriptio Muſculorum hominis. pag. 123.

(*p*) Veſal. Tab. 6. Fig. 6. H.

(*q*) Id. Tab. 6. Fig. 5. ſupra P. P.

(*r*) Id. Tab. 6. Fig. 6. C. D.

(*s*) Id. Tab. 6. Fig. 6. E.

(*t*) Conf. de his ſinubus, illorumque varietatibus Obſervat. Anatom. Pathol. Lib. I. pag. 103. Lib. III. pag. 126.

(*u*) Albin. lib. de ſceleto pag. 150.

(*v*) Veſal. Tab. 6. Fig. 6. F.

(*w*) Id. Tab. 6. Fig. 6. g. g. Tab. 9. Fig. 1. E. in cavo oculi. Tab. 10. Fig. 1. E. in conceptaculo cerebri.

(*x*) Id. Tab. 6. Fig. 6. m. m. Tab. 9. Fig. 1. H. in cavo oculi. Tab. 10. Fig. 1. H. in conceptaculo cerebri.

vorum cerebri; ſecundum (*y*), ovale, ejusdem nervi ramo tertio tranſitum concedit; tertium (*z*) ad duram matrem pertinentes arterias & venas continet; ab hoc oriuntur veſtigia arteriarum duræ matris, per multiformis proceſſus laterales, oſſa ſquamoſa, verticis, frontis, occipitis, ſparſa ramorum ſerie. Supra radicem proceſſus aliformis oſtium datur canalis, in interiora narium patentis (*a*). — Inter proceſſus priores & laterales fiſſuræ relinquuntur, ſeu foramina lacera (*b*), per quæ, ad cavum oculi patentia, penetrant cerebri nervi tertii, quarti, primi rami quinti, & ſexti. — Ex lunulis, a parte poſteriore & laterali ſurgentis baſis deſcriptis, & vicino petroſo oſſe, foramina formantur, & in conceptaculo cerebri (*c*), & in inferiore parte cranii (*d*) patentia, ſed quæ proprie ſunt extrema canalium petroſorum, qui arterias carotides & nervos intercoſtales transmittunt, & de quibus in deſcriptione oſſis temporis

(*y*) Veſal. Tab. 6. Fig. 6. n. n. a parte exteriore Tab 9. Fig. 2. Q. ab interiore Tab. 10. Fig. 1. Q.

(*z*) Id. Tab. 6. Fig. 6. o. o. ab ext. Tab. 9. Fig. 2. R. ab int. Tab. 10. Fig. 1. R.

(*a*) Quodammodo ſupra i. & k. in Veſal. Tab. 6. Fig. 6.

(*b*) Veſal. Tab. 6. Fig. 6. l. l. In cavo oculi. Tab. 9. Fig. 1. G. in conceptaculo cerebri Tab. 10. Fig. 1. G.

(*c*) Id. Tab. 10. Fig. 1. X.

(*d*) Id. Tab. 9. Fig. 2. X.

poris dictum. Denique foramen e cornubus oſſis palati & baſi multiformis fit.

DE OSSE CRIBRIFORMI.

Inter duas oſſis frontis lamellas, quæ cava oculorum a conceptaculo cerebri diſtinguunt, inveniendum, Os cribriforme (*a*), plurimum ad nares & oculorum foramina conferens, dividitur in medium ſeptum (*b*), & partes, ab utroque latere tres, cribroſas (*c*), cavernoſas (*d*), ſpongioſas (*e*). Septum lamina tenuis eſt, connexa cum oſſe frontis (*f*), & ſquama multiformis (*g*); in nares demiſſa (*h*), ab anteriore ad oſſa naſi pertingens (*i*), ab inferiore vomeri (*k*) occurrens, a poſteriore ad multiforme (*l*) per-

(*a*) Veſal. Tab. 6. Fig. 6. A. A. B. Tab. 7. Fig. 1. I. L.
(*b*) Id. Tab. 6. Fig. 6. B. Palfin Anatomie Chirurgicale Tom. I. Pl. 12. Fig. 2. B. Fig. 3. C.
(*c*) Veſal. Tab. 6. Fig. 6. A. A. Tab. 7. Fig. 1. I. L. Palfin loc. cit. Fig. 1. A. A.
(*d*) Palfin loc. cit. Fig. 1. C. D. D. Fig. 2. D. D. Fig. 3. E. E.
(*e*) Id. loc. cit. Fig. 2. C. C. a. b. c. Fig. 3. D. D.
(*f*) Veſal. Tab. 7. Fig. 1. prope m.
(*g*) Id. Tab. 7. Fig. 1. Y.
(*h*) Albin. Tab. oſſium 3. Fig. 3. y.
(*i*) Id. Tab. 3. Fig. 3. s.
(*k*) Id. Tab. 3. Fig. 3. z.
(*l*) Id. Tab. 3. Fig. 3. p.

pertinens, maximam partem ſepti narium format. Ex ſuperiore oritur criſta (*m*), ab inferiore alata, intra conceptaculum cerebri multum prominens, & retrorſum deſcendens: huic adnectitur proceſſus falciformis duræ matris.

Partes cribroſæ laminæ binæ (*n*) ſunt, longæ, anguſtæ, multis foraminibus diverſæ magnitudinis ac directionis pro nervis olfactoriis pertuſæ; recipiuntur hæ in fiſſuram, inter dictas oſſis frontis partes (*o*) relictam, &, lacunar narium conſtituentes, dicto oſſi (*p*) & multiformi (*q*) nectuntur.

Partes cavernoſæ (*r*), multis cavernulis amplis, tortuoſis, compoſitæ, inde dependent, intra nares deſcendunt (*s*), & nectuntur cum oſſe frontis (*t*), proceſſibus naſalibus maxillarium ſuperiorum (*u*), oſſe unguis (*v*), ita dicto vertice maxillarium ſuperiorum (*w*), palati (*x*), multiformi

(*m*) Veſal. Tab. 7. Fig. 1. m.

(*n*) Id. Tab. 7. Fig. 1. I. L. Palfin loc. cit. Fig. 1. A. A.

(*o*) Veſal. Tab. 7. Fig. 1. I. L.

(*p*) Id. Tab. 7. Fig. 1. I.

(*q*) Id. Tab. 7. Fig. 1. L.

(*r*) Palfin loc. cit. Fig. 1. C. D. D. Fig. 2. D. D.

(*s*) Id. loc. cit. Pl. 9. o. o. o. Beſchryving der Beenderen Pl. 1. Fig. 1. o. o. o

(*t*) Albin. Tab. oſſium 3. Fig. 2. q. juxta s. & Tab. 4. Fig. 8. a.

(*u*) Id. Tab. 4. Fig. 8. η. r. Tab. 4. Fig. 1. inter n. ſuper. & η.

(*v*) Id. Tab. 4. Fig. 8. I.

(*w*) Id. Tab. 4. Fig. 1. inter n. anter. & I.

(*x*) Id. Tab. 4. Fig. 8. θ.

mi (*y*). Cavernulæ omnes, qua parte ſeptum narium reſpiciunt (*z*), teguntur lamella tenui, qua parte cavum oculi, multas claudit tenuis, ſolida, pellucida, quodammodo quadrangularis cruſta, quam Os PLANUM (*a*) vocant, quod ab anteriore cum oſſe unguis (*b*), a ſuperiore cum oſſe frontis (*c*), ab inferiore cum maxillari ſuperiore (*d*) & palati (*e*), a poſteriore cum multiformi (*f*), jungitur.

In ſpongioſas partes (*g*) deſinere videtur illa lamina, quæ cavernulas dictas tegit, qua parte ſeptum narium reſpiciunt; ſunt hæ concavæ, qua verſus latera narium diriguntur, convexæ in parte oppoſita, oblongæ, ſcabræ, & poroſæ.

Præter foramina, quæ in cribroſa parte dantur, ante criſtam galli, inter eam & os frontis (ſubinde in ſolo oſſe frontis) foramen adeſt (*h*), quod duram matrem cum

vaſis

(*y*) Albin. Tab. 4. Fig. 8. *v*. Tab. 3. Fig. 2. ſupra k. ſuper.
(*z*) Id. Tab. 4. Fig. 1. r.
(*a*) Veſal. Tab. 8. Fig. 1. Θ. inter V. c. d. T. v.
(*b*) Id. Tab. 8. Fig. 1. V. c.
(*c*) Id. Tab. 8. Fig. 1. a T. ad V.
(*d*) Id. Tab. 8. Fig. 1. c. d.
(*e*) Albin. Tab. 4. Fig. 8. inter F. & T.
(*f*) Veſal. Tab. 8. Fig. 1. a T. fere ad d.
(*g*) Palfin lib. cit. Pl. 12. Fig. 2. C. C. a. b. c. Fig. 3. D.
(*h*) Veſal. Tab. 10. Fig. 1. inter m. & K.

vaſis inſertam habet. Adſunt & alia, majus (*i*) & minus (*k*), in nexu oſſis plani cum oſſe frontis. Per majus penetrat nervus, a primo quinti cerebri ramo emiſſus, cum eoque arteria; per minus arteria.

DE OSSIBUS MAXILLARIBUS SUPERIORIBUS.

Ossa maxillaria superiora (*a*) maxillam ſuperiorem, palati, narium, oculorum, genarum partem faciunt. Incipit utrumque margine craſſo, incurvo (*b*), ab exteriore convexo (*c*), ab interiore concavo (*d*), octo foſſulis ſeu alveolis patente, qui ſurſum tendentes, profundi, ſepimentis a ſe invicem diſtincti, ſimplicem, duplicem, aut & triplicem cæcum finem habentes, dentes inciſores, caninos, molares (*e*) admittunt.

Ab hoc margine ad dentem molarem quartum enaſcitur

(*i*) Veſal. Tab. 9. Fig. 1. V.
(*k*) Id. Tab. 9. Fig. 1. T.
(*a*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. S. S. Fig. 5. S. A. A. Tab. 8. Fig. 1. A. A.
(*b*) Id. Tab. 6. Fig. 4. ab S. per priora fere ad 4. Tab. 8. Fig. 1. h.
(*c*) Id. Tab. 6. Fig. 3. S. S.
(*d*) Id. Tab. 6. Fig. 5. ante u. α α. u.
(*e*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. 5. Tab. 8. Fig. 1. in hac unus ex mediis alveolis apertus hiat.

tur lamina (*f*), quæ, cum pari ſui, palatum oſſeum (*g*) maximam partem facit, ibique ſcabra eſt, ſimul fundum narium (*h*) format, & hunc in finem modice ſinuata exiſtit. Nectuntur hæ laminæ inter ſe (*i*), & in nexus hujus parte anteriore proceſſus quaſi exſurgit (*k*), foliaceam quodammodo naturam (*l*) intus monſtrans; pergitque nexus intra nares aliquantum adſurgere, ſic ut ad formandum ſeptum narium (*m*) concurrat, & vomerem admittat (*n*). Poſteriore ſua parte nectuntur cum oſſe palati (*o*). Corpus oſſis (*p*), ab exteriore rotundius, in gena leviter ſinuatum (*q*), poſteriore parte inæquabile, a parte exteriore ſupra in latus excreſcit in planitiem triangularem (*r*), quæ ſu-

(*f*) Veſal. Tab. 6. Fig. 5. inter α. u. t. u. α. κ.
(*g*) Id. Tab. 6. Fig. 5. usque ad u. t. u.
(*h*) Id. Tab. 8. Fig. 1. a quoque latere ſepti narium.
(*i*) Id. Tab. 6. Fig. 5. z. t.
(*k*) Albin. Tab. oſſium 5. Fig. 8. α. ant.
(*l*) Id. Tab. 4. Fig. 3. τ τ.
(*m*) Id. a latere Tab. 4. Fig. 3. τ. τ. a poſteriore Tab. 5. Fig. 10. & 9. F. a priore Tab. 1. Fig. 1. s. s. a ſuperiore Tab. 5. Fig. 8. α. α. γ.
(*n*) Id. a latere Tab. 3. Fig. 3. inter B. B. & z. a poſteriore Tab. 5. Fig. 9. inter F. & v. a priore Tab. 1. Fig. 1. inter s. s. & z.
(*o*) Veſal. Tab. 6. Fig. 5. u. t. u.
(*p*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. S. S.
(*q*) Id. Tab. 6. Fig. 3. ſupra S. anter. Tab. 8. Fig. 1. inter A. & B.
(*r*) Id. Tab. 8. Fig. 1. a. b.

ſuſtentaculum oſſis jugalis (*s*) dicitur, & a parte priore leniter gibba eſt (*t*), a poſteriore, ubi ad tempus pertinet, ex transverſo ſinuata (*u*). Ante illam planitiem partem oræ inferioris orbitæ (*v*) facit, unde ut & a dicta planitie vertex oſſis (*w*) oritur, qui, inferiorem orbitæ partem faciens, nectitur cum oſſe unguis (*x*), plano (*y*), & palati (*z*). A priore parte corporis lunula conſpicitur (*a*) ad introïtum narium, inde ſuperiora verſus tendit proceſſus naſalis (*b*), qui ab anteriore cum oſſe naſi (*c*), a ſuperiore cum oſſe frontis (*d*), a poſteriore cum oſſiculo unguis (*e*), nectitur; ſed verſus oculi cavum excavatus (*f*) magnam partem facit ſinus, cui ſaccus lacrymalis incumbit, & unde

(*s*) Veſal. Tab. 6. Fig. 3. 4. 5. Q.
(*t*) Id. Tab. 8. Fig. 1. ante a. b.
(*u*) Id. Tab. 6. Fig. 5. S.
(*v*) Id. Tab. 8. Fig. 1. prope i.
(*w*) Id. Tab. 8. Fig. 1. Λ. in cavo oculi.
(*x*) Id. Tab. 8. Fig. 1. C. c.
(*y*) Id. Tab. 8. Fig. 1. c. d.
(*z*) Albin. Tab. oſſium 4. Fig. 8. inter θ. & T. z. Tab. 5. Fig. 8. inter H. & I.
(*a*) Veſal. Tab. 8. Fig. 1. parum ſupra h. ad e.
(*b*) Id. Tab. 8. Fig. 1. inter e. & Y.
(*c*) Id. Tab. 8. Fig. 1. Ξ. e. Y.
(*d*) Id. Tab. 8. Fig. 1. Y.
(*e*) Id. Tab. 8. Fig. 1. X. Δ.
(*f*) Id. Tab. 8. Fig. 1. inter e. & C. ſed a parte cavi oculi.

de naſalis, canalis, quem hic proceſſus & proximum corpus oſſis pro parte formant, procedit. — Pars interior corporis rectius ſurgit ex lamella palatina (*g*); a poſteriore inæquabilis eſt, eique accumbit os palati (*h*), & ibi eminentia quædam transverſa eſt (*i*), quæ recipitur per ſinum in ſquama oſſis palati; aliaque talis ab anteriore datur (*k*), ad quam ſpongioſum inferius accedit (*l*). — Partem ſuperiorem hujus lateris interioris corporis facit vertex (*m*), qui cavum oculi pro parte format, & ſic factus eſt, ut cavernoſi oſſis cavernulas adimpleat, cum hoc oſſe (*n*), ut & unguis, nexus. A fundo foraminis oculi ad alveolos dentium corpus intus totum excavatum eſt, anthrum Highmori, cavernam, ſinum maxillarem (*o*) dicunt, qui ad latus narium patet ore magno (*p*), cujus partem clau-

(*g*) Albin. Tab. oſſium 4. Fig. 3. ζ. ϱ. η. ϱ. ι. μ. Tab. 5. Fig. 10. D. I. Z. ſuper.

(*h*) Id. in naſo Tab. 4. Fig. 2. inter ζ & X. & inter λ & α. W. Y. a parte poſteriore Tab. 5. Fig. 9. inter o. m. O. l. & H. p.

(*i*) Id. Tab. 4. Fig. 3. inter ϱ. & ϱ.

(*k*) Id. Tab. 4. Fig. 1. inter η. & L. Fig. 3. φ.

(*l*) Id. Tab. 4. Fig. 1. L.

(*m*) Id. Tab. 4. Fig. 3. θ. μ ξ.

(*n*) Id. Tab. 4. Fig. 1. 2. 3. λ μ.

(*o*) Id. Tab. 4. Fig. 8. κ. i. S. N.

(*p*) Id. Tab. 4. Fig. 3. p.

claudunt os palati (*q*) & ſpongioſum inferius (*r*), ſuo proceſſu illud oſtium intrans.

Adſunt in parte poſteriore corporis parva foramina, quæ in ſinum penetrant, ſed præter hæc alia dantur. In lamellarum palatinarum nexu pone inciſores dentes orificium amplum ſatis eſt (*s*) canalis, qui ad nares pertinet, & ab utroque latere ſepti diſtincto orificio ſeſe aperit (*t*), tranſitum cuti palati, vaſculis atque nervis, præbens. Infra orbitæ marginem prope priorem partem ſuſtentaculi oſſis jugalis foramen (*u*) datur, quod in cavo oculi ſemicanali, dein canali integro, incipit (*v*), & ramum a ſecundo ramo nervi cerebri quinti transmittit. Ubi denique parti poſteriori partis interioris corporis apponitur os palati, cum hoc ipſo canalem format, qui in palato (*w*) patet, & ramum ſecundi rami quinti nervorum paris transmittt.

D E

(*q*) Albin. Tab. 4. Fig. 8. S. in ſinu.
(*r*) Id. Tab. 4. Fig. 8. N.
(*s*) Veſal. Tab. 9. Fig. 2. p.
(*t*) Palfyn Beſchryving der Beenderen. Pl. 2. Fig. 2. N. qua literâ ſtylus, per hunc canalem propulſus, deſignatur.
(*u*) Veſal. Tab. 9. Fig. 1. B. B.
(*v*) Id. Tab. 9. Fig. 1. A.
(*w*) Id. Tab. 9. Fig. 2. λ.

DE OSSIBUS PALATI.

Parti poſteriori maxillarium apponuntur Ossa Palati (*a*), quæ palatum, nares, oculorum foramina, perficiunt. Dividuntur in baſim (*b*), ſquamam (*c*), duo cornua (*d*) & proceſſum (*e*).

Baſis quadrangularis (*f*) partem poſteriorem palati oſſei (*g*), & fundi narium (*h*), facit, inæquabilis qua os, æquabilior qua nares reſpicit. Parte priore connectitur cum lamella maxillaris ſuperioris, quæ cum pari ſui palatum format (*i*), & pro parte ei inſidet, qua parte baſim alterius oſſis reſpicit, cum ea connectitur ora dentata (*k*), commiſſura autem hæc intra nares aſſurgit (*l*), & vomerem ſuſti-

net

(*a*) Veſal. Tab. 6. Fig. 5. π. π. Albin. Tab. oſſium 2. Fig. 1. t. t. t. t.

(*b*) Veſal. Tab. 6. Fig. 5. π. π.

(*c*) Albin. Tab. 2. Fig. 1. t. t. in naribus. Tab. 4. Fig. 9. S.

(*d*) Id. Tab. 4. Fig. 9. V. W.

(*e*) Id. Tab. 4. Fig. 9. U. β. Tab. 2. Fig. 1. infra P. P.

(*f*) Veſal. Tab. 6. Fig. 5. π. π.

(*g*) Albin. Tab. 2. Fig. 1. t. in palato.

(*h*) Id. Tab. 5. Fig. 8. 9.

(*i*) Veſal. Tab. 6. Fig. 5. u. t. u.

(*k*) Id. Tab. 6. Fig. 5. t. x.

(*l*) Albin. Tab. 5. Fig. 8. 9. h.

net (*m*), parte denique poſteriore baſis ora transverſa (*n*), ſed ubi ambæ ſeſe attingunt, in mucronem terminata (*o*), palatum & nares terminat.

Migrat baſis in ſquamam (*p*), quæ, priore parte in mucronem deſinens (*q*), poſteriore ora ſinuata (*r*) terminatur, parte ſua exteriore oſſi maxillari, proceſſui aliformi & baſi multiformis accumbit (*s*), & aperturam ſinus maxillaris a poſteriore imminuit; interiore parte ad latus narium pertinet (*t*), & hæc ſquamæ facies dividitur per mediam eminentiam (*v*) in partem inferiorem ſinuatam, & ſuperiorem rectiorem, huicque eminentiæ inſidet pars ſpongioſi inferioris (*w*). Similis eminentia, brevior tamen, eſt ad radicem cornu prioris, eique ſpongioſum ſuperius adnexum eſt (*x*). Cornu prius (*y*) triquetræ figuræ cum oſſe maxillari

(*m*) Albin. Tab. 5. Fig. 9. inter h. & v.
(*n*) Veſal. Tab. 6. Fig. 5. a quoque latere litteræ x.
(*o*) Id. Tab. 6. Fig. 5. x.
(*p*) Albin. intr. Tab. 4. Fig. 2. S. extr. Fig. 9. S.
(*q*) Id. intr. Tab. 4. Fig. 2. X. extr. Fig. 9. *Z*.
(*r*) Id. Tab. 4. Fig. 2. retro S.
(*s*) Id. Tab. 4. Fig. 2. S. V. W.
(*t*) Id. Tab. 4. Fig. 2. infra X. & S. & V. Tab. 2. Fig. 1. t. in naribus.
(*v*) Id. Tab. 4. Fig. 2. X.
(*w*) Id. Tab. 4. Fig. 1. inter S. & L.
(*x*) Id. Tab. 4. Fig. 2. Y. Fig. 1. infra W. w.
(*y*) Id. Tab. 4. Fig. 2. W.

xillari (*z*), cavernoſo (*a*), plano (*b*), & baſi multiformis (*c*), nectitur. Cornu poſterius ad baſim oſſis multiformis etiam accedit (*d*), & cum proceſſu aliformi jungitur. Inter duo cornua foramen eſt, a ſuperiore dehiscens (*e*), & ab hoc veſtigium canalis usque ad proceſſum deſcendit, qui pergit inter proceſſum & ſquamam, & ad palatum patet (*f*), ramum ſecundi rami quinti nervorum paris transmittens.

Proceſſus, retrorſum deſcendens (*g*), ſeſe interſerit inter os maxillare & proceſſum aliformem (*h*), hiatum, inter lamellas dicti proceſſus relictum, claudens (*i*). Et in hoc proceſſu apertura eſt parvi canalis (*k*).

Concurrunt oſſa palati ad foramina ſecunda foraminum oculorum formanda, id eſt, ad componendas illas rimas, quæ

(*z*) Albin. Tab. 4. Fig. 9. W.
(*a*) Id. Tab. 5. Fig. 9. inter r. & o.
(*b*) Id. intr. Tab. 4. Fig. 2. inter α. & F. extr. Fig. 8. inter T. & F.
(*c*) Id. intr. Tab. 4. Fig. 2. inter α. & e. extr. Fig. 8. inter T. z. & ν
(*d*) Id. Tab. 4. Fig. 2. inter S. V. & l. Tab. 2. Fig. 1. inter t. in naſo & q. n.
(*e*) Id. Tab. 4. Fig. 2. & 9. w.
(*f*) Veſal. Tab. 9. Fig. 2. λ.
(*g*) Albin. Tab. 4. Fig. 9. β. γ. γ. U.
(*h*) Id. Tab. 4. Fig. 8. S. inf. Tab. 2. Fig. 1. infra P.
(*i*) Id. Tab. 1. Fig. 2. x.
(*k*) Veſal. Tab. 9. Fig. 2. κ.

quæ a latere exteriore cavi oculi ſeſe manifeſtant, & etiam extrinſecus ſub temporis ſinu patent (*l*). Cornua cum baſi multiformis foramina conſtituunt in parte poſtica & ſuperiore laterum narium, quæ admittunt nervos a ramis ſecundis quinti paris (*m*).

DE OSSIBUS JUGALIBUS.

Calvariæ maxillam ſuperiorem adnectunt OSSA JUGALIA (*a*), quæ, craſſa atque firma, conſtant corpore (*b*), ferme quadrangulari, & proceſſibus tribus (*c*). Corpus, ab exteriore gibbum (*d*), qua cavum oculi, ut & qua tempus, ſpectat, concavum (*e*), marginem ſuperiorem lunatum (*f*), qui partem orbitæ oculi format, marginem inferiorem (*g*) inæquabilem, habet.

Proceſſus ſuperior committitur cum oſſe frontis (*h*), & emit-

(*l*) Veſal. Tab. 9. Fig. 2. D.
(*m*) Albin. extr. Tab. 4. Fig. 8. w. intr. Fig. 2. w.
(*a*) Veſal. Tab. 6. Fig. 3. Q. Q. Q. Fig. 5. Q. r. Tab. 8. Fig. 1. r.
(*b*) Id. Tab. 6. Fig. 2. Q. medio loco. Tab. 8. Fig. 1. r.
(*c*) Id. Tab. 6. Fig. 3. Q. ant. V. g. Tab. 8. Fig. 1. b. R. P.
(*d*) Id. Tab. 6. Fig. 3. Q. medio loco. Tab. 8. Fig. 1. a. b. r.
(*e*) Id. Tab. 8. Fig. 1. r. in oculorum cavis. Tab. 6. Fig. 4. infra *. Fig. 5. infra r. Q.
(*f*) Id. Tab. 6. Fig. 3. inter Q. & Q. Tab. 8. Fig. 1. inter b. & R.
(*g*) Id. Tab. 8. Fig. 1. a. P.
(*h*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. g. Tab. 8. Fig. 1. R.

emittit proceſſum alium interiorem (*i*), & in cavo oculi (*k*) & in ſinu temporis (*l*) conſpicuum, qui & cum oſſe frontis (*m*), & cum multiformis oſſis proceſſus lateralis parte, quæ ad cavum oculi pertinet (*n*), conjungitur. — Proceſſus anterior (*o*) cohæret cum ſuſtentaculo oſſis jugalis (*p*), quod in maxillari ſuperiori eſt, & habet hunc in finem, una cum vicino corpore, intus reſpondentem, triangularem, aſperam, ſuperficiem. — Poſterior proceſſus (*q*), obliquo & dentato fine terminatus, cohæret cum proceſſu zygomatico oſſis temporis (*r*).

In corpore, verſus marginem ipſius ſuperiorem lunatum, foramen adeſt (*s*), altero ſuo oſtio in cavum oculi patens, & vaſa cum nervulo transmittens.

(*i*) Veſal. Tab. 8. Fig. 1. r. in cavo oculi.
(*k*) Veſal. Ibid.
(*l*) Id. Tab. 6. Fig. 3. prope *. S. Fig. 4. infra *.
(*m*) Id. Tab. 8. Fig. 1. ab R. ad S.
(*n*) Id. Tab. 8. Fig. 1. a Q. ad S.
(*o*) Id. Tab. 8. Fig. 1. b.
(*p*) Id. Tab. 8. Fig 1. inter a. & b.
(*q*) Id. Tab. 6 Fig. 3. V. Fig. 5. V. Y.
(*r*) Id. Tab. 6. Fig. 3. Z. X. Tab. 8. Fig. 1. P.
(*s*) Id. Tab. 9. Fig. 1. plerumque ſupra r.

DE

DE OSSIBUS NASI.

Additamenta oſſium maxillarium ſunt OSSA NASI (*a*). Hæc, quadrangularem figuram habentia (*b*), a ſuperiore & exteriore ſinuata (*c*), ab inferiore gibba (*d*); a ſuperiore & interiore gibba, ab inferiore concava, cohærent partibus ſuis ſuperioribus cum oſſe frontis (*e*), interioribus inter ſe (*f*), exterioribus cum proceſſu naſali oſſis maxillaris ſuperioris (*g*). Superficie ſua poſteriore accumbunt mucroni, qui infra glabellam ex oſſe frontis exit, & ſic concurrunt ad ſeptum narium conſtituendum (*h*). Inferior ora (*i*) libera eſt, verſus latus externum obliqua, hæc adnexam cartilaginem habet. Parva foramina pro vaſis ab exteriore parte conſpiciuntur.

(*a*) Veſal. Tab. 8. Fig. 1. Ξ. Ξ.
(*b*) Id. Tab. 8. Fig. 1. Z. Y. e. f.
(*c*) Id. Ibid. Ξ.
(*d*) Id. Ibid. infra Ξ.
(*e*) Id. Ibid. Z. Y.
(*f*) Id. Ibid. Z. f.
(*g*) Id. Ibid. Y. e.
(*h*) Albin. Tab. 3. Fig. 3. C.
(*i*) Veſal. Tab. 8. Fig. 1. e. f.

DE OSSIBUS UNGUIS.

Oſſium planorum complementa, Ossa unguis (*a*), longiora, quam latiora, tenuia, ab anteriore mediâ eminentiâ diviſa in partem priorem ſinuatam (*b*), partem poſteriorem, planiorem (*c*); ab interiore inæquabilia; qua cavernoſo apponuntur, & cavernulas claudunt (*d*); cohærent in cavo oculi parte ſuperiore cum oſſe frontis (*e*), poſteriore cum plano (*f*), inferiore cum vertice maxillaris ſuperioris (*g*), anteriore cum proceſſu naſali maxillaris ſuperioris (*h*). Concurrunt ad formandum introitum canalis naſalis.

DE SPONGIOSIS INFERIORIBUS.

Spongiosa inferiora ossa (*a*) referunt lamellas oblongas, qua parte latus narium reſpiciunt, concavas (*b*), qua

(*a*) Veſal. Tab. 8. Fig. 1. A.
(*b*) Id. Ibid. ante A. C.
(*c*) Id. Ibid. pone A. C.
(*d*) Albin. Tab. 4. Fig. 2. I.
(*e*) Veſal. Tab. 8. Fig. 1. X. V.
(*f*) Id. Ibid. V. C.
(*g*) Id. Ibid. a c. verſus inferiora.
(*h*) Id. Ibid. infra X.
(*a*) Palfyn Beſchryving der Beenderen. Tab. 1. Fig. 2.
(*b*) Albin. Tab. oſſium 4. Fig. 11. L.

qua ſeptum gibbas (*c*), a principio latiores (*d*), verſus poſteriora in apicem terminatas (*e*). Ex parte media, verſus latus narium directa, proceſſus tenuis emittitur (*f*), qui oſtium ſinus maxillaris intrat (*g*), quod pro parte imminuit, & cum quo, ut & cum eminentia, in ſquama oſſis palati deſcripta, nectitur.

D E V O M E R E.

Vomer, os latum, planum, rhomboïdeum, tenue (*a*), conſtat capitello (*b*), quod admittit mucronem, enatum ex parte priore baſeos oſſis multiformis (*c*), & excipit cornua poſteriora oſſium palati (*d*), inde deſcendit, nares dividens, ad palatum (*e*), tum verſus priora progreditur, & cum eminenti nexu baſium oſſium palati, atque lamellarum pala-

(*c*) Palfyn loc. cit. inter A. B. C. D.
(*d*) Id. loc. cit. A.
(*e*) Id. loc. cit. B.
(*f*) Albin. Tab. 4. Fig. 11. N.
(*g*) Id. Tab. 4. Fig. 8. N.
(*a*) Veſal. a priore intra nares Tab. 8. Fig. 1. g. a poſteriore Tab. 8. Fig. 2. Σ.
(*b*) Id. Tab. 8. Fig. 2. prope Σ. Albin. Tab. 2. Fig. 1. v. Tab. 5. Fig. 9. x. w.
(*c*) Albin. Tab. 3. Fig. 3. inter p. & z. & inter o. & Ξ. prox.
(*d*) Id Tab. 2. Fig. 1. inter v. & t. prox. utrimque Tab. 5. Fig. 9. inter x. & n.
(*e*) Veſal. Tab. 8. Fig. 2. ad x.

palatinarum maxillarium nectitur. A priore format tantum ſepti narium partem imam (*f*), cartilaginem admittens, ſed inde verſus capitellum adſcendens abit in duas laminas (*g*), intra quas ſeptum medium oſſis cribriformis admittitur (*h*).

DE CONCEPTACULO CEREBRI, OCULORUM FORAMINIBUS, NARIBUS, MAXILLA SUPERIORE, PALATO, AURIBUS.

Formatur ex oſſibus, hactenus deſcriptis, Conceptaculum cerebri (*a*), nempe ex oſſe frontis (*b*), oſſibus verticis (*c*), occipitis (*d*), temporum (*e*), multiformi (*f*), cribriformi (*g*). Capacius a parte poſteriore & globoſum, planius aſperum in baſi, anteriora verſus anguſtius, in lateribus compreſſum, rotundo fine in fronte deſinit.

Diſtinguitur in cameras duas, cerebri & cerebelli. Intermedia

(*f*) Albin. Tab. 1. Fig. 1. z.
(*g*) Id. Tab. 5. Fig. 5. z. A.
(*h*) Id. Tab. 3. Fig. 3. inter z. & y.
(*a*) Veſal. Tab. 7. Fig. 1. 2.
(*b*) Id. Tab. 7. Fig. 1. ζ. Ψ. L. K. in utroque latere. Fig. 2. K. Γ. Γ.
(*c*) Id. Tab. 7. Fig. 1. ſupra Λ. Λ. Fig. 2. inter Γ. Γ. Δ Δ.
(*d*) Id. Tab. 7. Fig 1. k. i. Δ Ξ. c. Ξ. Π. Fig. 2. infra Δ. Δ.
(*e*) Id. Tab. 7. Fig. 1. Ξ. Λ. Λ. T. Σ. Σ. Y. Ξ. Ξ.
(*f*) Id. Tab. 7. Fig. 1. M. Y. Q. R. Σ. Σ. ζ. Ψ. Ψ. F. ſic in utroque latere.
(*g*) Id. Tab. 7. Fig. 1. L. Γ. m. Ψ. in utroque latere.

media ſunt adſurgens paries poſterior oſſis multiformis (*h*), oſſa petroſa (*i*), & aſpera linea, ab his oſſibus enata, & ad medium occipitis ſeſe extendens (*k*). Quicquid ſupra has partes eſt camera cerebri, quicquid infra camera cerebelli, dicitur.

Camera cerebri ergo fit ex oſſe frontis (*l*), oſſibus verticis (*m*), occipitis parte ſuperiore (*n*), petroſis (*o*), ſquamoſis (*p*), multiformi (*q*), cribriformi (*r*). Hujus cameræ pars ſuperior tota fornicata eſt (*s*), & ex oſſibus verticis, frontis, ſquamoſis, occipitis fit: habet ab anteriore duas in oſſe frontis, totidem in oſſe occipitis ſcrobes, quibus hæmiſphæriorum cerebri priores poſterioresque partes accumbunt. Accommodat cæterum ſe ad inæqualitates, vaſa-

(*h*) Veſal. Tab. 7. Fig. 1. inter M. & Π.
(*i*) Id. Tab. 7. Fig. 1. ab Y. ad Λ.
(*k*) Id. Tab. 7. Fig. 1. Λ. Λ. i. k.
(*l*) Id. Tab. 7. Fig. 1. ζ. ϒ. L. K. in utroque latere Fig. 2. K. Γ. Γ.
(*m*) Id. Tab. 7. Fig. 1. ſupra Δ. Λ. Λ. Fig. 2. inter Γ. Γ. Δ. Δ.
(*n*) Id. Tab. 7. Fig. 2. infra Δ. Δ. Fig. 1. ſupra h. i.
(*o*) Id. Tab. 7. Fig. 1. ante Y. Λ.
(*p*) Id. Tab. 7. Fig. 1. Λ. Λ. T. T. Σ. Σ.
(*q*) Id. Tab. 7. Fig. 1. M. Y. Q. R. Σ. Σ. ζ. ϒ. ϒ. F. in utroque latere.
(*r*) Id. Tab. 7. Fig. 1. L. Γ. m. ϒ. in utroque latere.
(*s*) Id. Tab. 7. Fig. 1.

vaſaque duræ matris per ſulcos (*t*), eminentias, foveas. Bipartitur tota camera hæc per criſtam galli (*u*), & inde natam eminentiam (*v*), per os frontis decurrentem, & in veſtigium ſinus longitudinalis (*w*) terminatam. Pars inferior, quæ eſt ante cameram cerebelli, maxime excavata eſt duabus ſcrobibus, quæ fiunt ex oſſibus petroſis (*x*) ſquamoſis (*y*), multiformis proceſſibus lateralibus (*z*) & prioribus (*a*), & media cerebri tubera admittunt. Ante has ſcrobes pars inferior adſurgit, ſupra oculorum foramina, inæquabilis eſt, & componitur ex multiformis proceſſibus prioribus, & oſſe frontis (*b*). Fundi pars media fit ex baſi multiformis, quæ primo excavata (*c*) pro glandula pituitaria, dein asſurgens, & planior (*d*); fit etiam ex cribriformi (*e*), ibique diviſa eſt in ſinus oblongos duos, dextrum & ſiniſtrum

(*t*) Veſal. Tab. 7. Fig. 2. T. T. T.
(*u*) Id. Tab. 7. Fig. 1. m.
(*v*) Id. Tab. 7. Fig. 2. I.
(*w*) Id. Tab. 7. Fig. 2. Θ Θ.
(*x*) Id. Tab. 7. Fig. 1. ante Y. Δ.
(*y*) Id. Tab. 7. Fig. 1. Λ. Λ. T. T. Σ. Σ.
(*z*) Id. Tab. 7. Fig. 1. S. Q. R. Σ. Σ H.
(*a*) Id. Tab. 7. Fig. 1. ζ. Ψ. γ.
(*b*) Id. Tab. 7. Fig. 1. ante ζ. Ψ.
(*c*) Id. Tab. 7. Fig. 1. M.
(*d*) Id. Tab. 7. Fig. 1. inter F. & Ψ.
(*e*) Id. Tab. 7. Fig. 1. Ψ. L. l. m.

ſtrum (*f*), proceſſus mammillares cerebri ſuſtinentes.

Camera cerebelli fit ex baſi multiformis (*g*), oſſibus petroſis (*h*), mammillaribus (*i*), & oſſis occipitis tota inferiore parte (*k*). Bipartitur hæc per eminentiam, quæ per os occipitis ad foramen magnum ſeſe extendit (*l*). Scrobes duæ, quæ in hac camera pro lobis cerebelli dantur, componuntur maximam partem ex oſſe occipitis (*m*), ſed etiam ex mammillari (*n*) & petroſo (*o*): ante has autem ſinus eſt, admodum declivis, factus ex baſi multiformis (*p*), priore parte oſſis occipitis (*q*), & vicinis petroſis (*r*). Medulla oblongata huic inſidet.

Foramina oculorum, ſubjecta anteriori parti conceptaculi cerebri, capacitates magnæ ſunt, ſimiles recumbentibus conis, a quatuor partibus oblique & inæqualiter depreſſis.

Sic

(*f*) Veſal. Tab. 7. Fig. 1. L. I.
(*g*) Id. Tab. 7. Fig. 1. inter Π. & M.
(*h*) Id. Tab. 7. Fig. 1. Ξ. Λ.
(*i*) Id. Tab. 7. Fig. 1. Λ Ξ. i. g.
(*k*) Id. Tab. 7. Fig. 1. Π. Ξ. c. Ξ. i. Δ. i.
(*l*) Id. Tab. 7. Fig. 1. a k. ad foramen magnum e.
(*m*) Id. Tab. 7. Fig. 1. k. Δ. i. Ξ. c. d.
(*n*) Id. Tab. 7. Fig. 1. Ξ. Λ. i. g.
(*o*) Id. Tab. 7. Fig. 1. Ξ. Λ.
(*p*) Id. Tab. 7. Fig. 1. inter M. & Π.
(*q*) Id. Tab. 7. Fig. 1. Π ad e.
(*r*) Id. Tab. 7. Fig. 1. prope Ξ.

Sic poſita ſunt, ut baſes foras pateant, inde oblique introrſum dirigantur. Ex oſſibus variis componuntur, a ſuperiore ex oſſe frontis (*s*), & proceſſu priore multiformis (*t*); a latere interiore ex proceſſu naſali oſſis maxillaris (*u*), unguis oſſiculo (*v*), plano (*w*); ab inferiore ex maxillari (*x*), jugali (*y*), cornu priore oſſis palati (*z*); ab exteriore ex jugali (*a*), & laterali proceſſu multiformis (*b*).

Oculorum foraminibus interjectæ Nares ſunt. Hæ medio ſepto dividuntur in dextram & ſiniſtram. Septum fit præcipue ex lamella media cribriformis (*c*), & vomere (*d*): concurrunt autem proceſſus oſſis frontis (*e*), proceſſus oſſium naſi (*f*), acumen ex priore parte baſis oſſis multiformis pro-

(*s*) Veſal. Tab. 8. Fig. 1. V. T. E. I.
(*t*) Albin. Tab. 1. Fig. 1. k.
(*u*) Veſal. Tab. 8. Fig. 1. Y.
(*v*) Id. Tab. 8. Fig. 1. Δ.
(*w*) Id. Tab. 8. Fig. 1. Θ.
(*x*) Id. Tab. 8. Fig. 1. i. Λ.
(*y*) Id. Tab. 8. Fig. 1. b. Γ.
(*z*) Albin. Tab. 1. Fig. 1. x.
(*a*) Veſal. Tab. 8. Fig. 1. Γ.
(*b*) Id. Tab. 8. Fig. 1. N. in oculo dextro.
(*c*) Albin. Tab. 3. Fig. 3. y.
(*d*) Id. Tab. 3. Fig. 3. z.
(*e*) Id. Tab. 3. Fig. 3. s.
(*f*) Id. Tab. 3. Fig. 3. C.

prodiens (*g*), eminentia in nexu baſium palati (*h*), & lamellarum palatinarum maxillarium (*i*). Complet reliquam partem cartilago.

Fundus, utrimque ſinuatus, fit ex dictis lamellis maxillarium (*k*), & baſibus oſſium palati (*l*). Latus, ſepto oppoſitum, a fundo ſurgit a poſteriore ad baſim multiformis, ad imam partem cribroſi oſſis, & ante, naſo eminente, excurrit: fit hoc latus ex proceſſu aliformi multiformis (*m*), oſſe palati (*n*), maxillari (*o*), unguis (*p*), proceſſu ſpongioſi inferioris, qui ad ſinum maxillarem pertinet (*q*). Terminatur ſupra lacunari, quod e baſi multiformis (*r*), oſſe palati (*s*), & capitello vomeris (*t*) fit, verſus anteriora imo cavernoſo (*u*), & dein cribroſo (*v*).

Naſus

(*g*) Albin. Tab. 3. Fig. 3. p.
(*h*) Id. Tab. 3. Fig. 3. A.
(*i*) Id. Tab. 3. Fig. 3. B. B.
(*k*) Id. Tab. 5. Fig. 8. E.
(*l*) Id. Tab. 5. Fig. 8. g.
(*m*) Id. Tab. 2. Fig. 2. q. Tab. 4. Fig. 2. l.
(*n*) Id. Tab. 2. Fig. 1. inter t. & u. Tab. 4. Fig. 2. S. V. W.
(*o*) Id. Tab. 4. Fig. 2. ζ.
(*p*) Id. Tab. 4. Fig. 1. f.
(*q*) Id. Tab. 4. Fig. 8. N.
(*r*) Id. Tab. 2. Fig. 1. n.
(*s*) Id. Tab. 2. Fig. 1. t. in naſo.
(*t*) Id. Tab. 2. Fig. 1. a latere v.
(*u*) Id. Tab. 4. Fig. 1. n. n. inf.
(*v*) Id. Tab. 5. Fig. 1. ξ.

Naſus eminens, ſemicanalem referens, infra capacior, ſuperiora verſus anguſtatus, ſepto dividitur (*w*), & in quoque latere fit ex proceſſu naſali maxillaris (*x*), oſſe naſi (*y*), & in ſummo accedit pars oſſis frontis (*z*). Præter cavernoſum prominent intra has capacitates ſpongioſum ſuperius (*a*) & inferius (*b*), ſic ut inter hæc & latera quaſi ſemicanales relinquantur. Patent nares ante foramine unico, in utroque latere inſigniter lunato, & ex oſſibus maxillaribus atque naſi (*c*) formato: patent retro aperturis duabus, quæ fiunt ex baſi multiformis (*d*), proceſſibus aliformibus (*e*), oſſibus palati (*f*), vomere (*g*).

Adſtant ſupra & in lateribus cavernulæ, & ſinus: cavernulæ oſſis cavernoſi (*h*), & maxillarium (*i*); priori parti

(*w*) Albin. Tab. 2. Fig. 1. G.
(*x*) Id. Tab. 2. Fig. 1. w. in naſo.
(*y*) Id. Tab. 2. Fig. 1. F.
(*z*) Id. Tab. 5. Fig. 1. & 2. c.
(*a*) Id. Tab. 4. Fig. 1. D.
(*b*) Id. Tab. 4. Fig. 1. L.
(*c*) Veſal. Tab. 8. Fig. 1. h. e. f.
(*d*) Id. Tab. 8. Fig. 2. ante n. n.
(*e*) Id. Tab. 8. Fig. 2. num. 3. 4.
(*f*) Id. Tab. 8. Fig. 2. Π. Π.
(*g*) Id. Tab. 8. Fig. 2. Σ.
(*h*) Albin. Tab. oſſium 4. Fig. 2. n.
(*i*) Id. Tab. 4. Fig. 2. λ.

ti imminent ſinus frontales (*k*); pone ſunt ſphænoïdei (*l*); in lateribus maxillares (*m*); patent cavernulæ cavernoſi in imo (*n*); cavernulæ maxillarium in lateribus (*o*) inter cavernoſa & ſpongioſa ſuperiora; ſphænoïdales ſinus inter baſem multiformis & cavernoſi partem poſticam (*p*); frontales in cavernulam cavernoſi, maxillares ſupra ſpongioſa inferiora (*q*).

MAXILLA SUPERIOR e ſolis fit oſſibus maxillaribus (*r*). PALATUM ex lamellis maxillarium (*s*), & baſibus oſſium palati (*t*). AURES intus in oſſe temporum ſunt (*u*).

(*k*) Albin. Tab. 4. Fig. 2. Υ.

(*l*) Id. Tab. 4. Fig. 2. Ω.

(*m*) Id. Tab. 4. Fig. 2. p.

(*n*) Id. Tab. 4. Fig. 1. o.

(*o*) Id. Tab. 4. Fig. 1. λ.

(*p*) Id. Tab. 4. Fig. 2. B. B.

(*q*) Id. Tab. 4. Fig. 1. p. p. Fig. 8. inter C. & N. & ubi D. D.

(*r*) Veſal. Tab. 8. Fig. 1. h. Λ.

(*s*) Id. Tab. 8. Fig. 2. Λ. Λ.

(*t*) Id. Tab. 8. Fig. 2. Π. Π.

(*u*) Id. Tab. 8. Fig. 2. inter k. & h.

DE CIRCUITU EXTERIORE CALVARIÆ, COMMISSURIS EJUS, ET OSSICULIS SUTURARUM.

Exterior calvariæ forma (*), in aliis aliisque alia (†), ubi intus conceptaculum cerebri eſt, ovata dici poteſt; longitudo ab anteriore retrorſum ſeſe extendit, latitudo major in occipite, minor in fronte eſt, latera autem compreſſa ſunt, & circuitu quaſi ſemicirculari pro temporalibus muſculis notata (*a*). Ad partem priorem infra pars accedit alia, ex foraminibus oculorum, naribus, genis, maxilla ſuperiori, palato. Pars, quæ ſupra baſim eſt, arcuata, fit ex oſſe frontis (*aa*), oſſibus verticis (*b*), parte ſuperiore oſſis occipitis (*c*), proceſſibus lateralibus multiformis (*d*), ſquamoſis (*e*), mammillaribus (*f*). Poſterior baſeos pars, inæquabilis, fit ex oſſe occipitis (*g*), & mam-

(*) Veſal. Tab. 1. 2. 3. Tab. 5. Fig. 1.
(†) Id. Tab. 5. Fig. 2. 3. 4. 5.
(*a*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. R. R.
(*a a*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. L. L.
(*b*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4 I. K.
(*c*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. M. M.
(*d*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. O. O.
(*e*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. N. N.
(*f*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. G. G.
(*g*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. infra M. Fig. 5. M. M.

mammillaribus (*h*). Baſis, inde verſus anteriora procedens, eſt admodum inæquabilis, partes enim variæ hic dantur, partim prominentes, partim depreſſæ: pars oſſis occipitis prior (*i*), ipſius tubera (*k*), proceſſus mammillares (*l*), ſtyliformes (*m*), oſſa petroſa (*n*), ſinus & tuberculum pro maxilla inferiore (*o*), aurium introitus (*p*), radix proceſſus Zygomatici (*q*), proceſſus laterales multiformis (*r*), foramina varia, dein deſcribenda. Quod baſis ſupereſt pertinet ad nares, & oculorum foramina. Frons deſinit in glabellam (*rr*) & ſupercilia (*s*); ſequuntur foramina oculorum, externis in lateribus eminentia (*t*), infra quem locum prominulæ genæ ex maxillaribus (*u*), & jugalibus

(*h*) Veſal. Tab. 6. Fig. 3. 4. C. C. K.
(*i*) Id. Tab. 6. Fig. 5. M.
(*k*) Id. Tab. 6. Fig. 4. 5. l. l.
(*l*) Id Tab. 6. Fig. 3. 4. 5. k. k. k.
(*m*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. 5. i. i. i.
(*n*) Id. Tab. 6. Fig. 5. inter k. & ſ.
(*o*) Id. Tab. 6. Fig. 5. h.
(*p*) Id. Tab. 6. Fig. 4. r. Fig. 5. inter i. & h.
(*q*) Id. Tab. 6. Fig. 5. a latere quoque h.
(*r*) Id. Tab. 6. Fig. 5. O. O.
(*rr*) Id. Tab. 8. Fig. 1. Z.
(*s*) Id. Tab. 8. Fig. 1. A. A.
(*t*) Id. Tab. 8. Fig. 1. R.
(*u*) Id. Tab. 8. Fig. 1. B.

libus (*v*) fiunt. Inter oculorum foramina naſus prominet, qui fit ex proceſſibus naſalibus maxillarium (*w*), & oſſibus naſi (*x*). Infra hunc narium circuitus exterior (*y*). Maxilla margine ſuo alveolari terminatur (*z*), & pone hunc palatum eſt (*a*); retro quod maxillamque paxilli dantur duo (*b*), ex proceſſibus aliformibus multiformis (*c*), & oſſibus palati; & inter hos ſunt foramina narium ad fauces. Temporum ſinus ex oſſe frontis (*d*), jugalibus (*e*), proceſſibus lateralibus multiformis (*f*), oſſibus verticis (*g*), ſquamoſis (*h*) fit. Eminent autem ad tempora veluti anſæ (*hh*), quæ componuntur ex oſſibus jugalibus (*i*), & proceſſibus zygomaticis oſſium temporum (*k*).

Oſſa

(*v*) Veſal. Tab. 8. Fig. 1. r.
(*w*) Id. Tab. 8. Fig. 1. Y. e.
(*x*) Id. Tab. 8. Fig. 1. Ξ.
(*y*) Id. Tab. 8. Fig. 1. h. e.
(*z*) Id. Tab. 8. Fig. 1. infra h.
(*a*) Id. Tab. 6. Fig. 5. α. α. Λ. Λ. Π. Π. x.
(*b*) Id. Tab. 6. Fig. 5. ad num. 2. 3. 4. 5.
(*c*) Id. Tab. 6. Fig. 5. P. P.
(*d*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. A.
(*e*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. Q. poſter.
(*f*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. 5. O.
(*g*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. A. A.
(*h*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. N. N.
(*hh*) Id. Tab. 6. Fig. 5. Q. V. Y. a.
(*i*) Id. Tab. 6. Fig. 5. Y.
(*k*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. X. Z.

Oſſa jam omnia calvariæ, quorum craſſities in aliis aliisque locis alia, ut ex ipſa calvaria ſat bene diſcerni poteſt, diverſimode inter ſe componuntur, poſſuntque Commissuræ diſtingui in ſuturas, & harmonias.

Suturæ ſunt vel veræ, vel ſquamoſæ. Veræ ſuturæ adſunt, quando oſſa eminentiis plurimis, magnitudine, figura, & poſitu inter ſe diſcrepantibus, alia ad alia annectuntur, & quaſi ſerratis pectinatim ſtruuntur compaginibus: ſeu, quando oſſa, qua parte cohærent, veluti ſerrata ſunt, denticulosque exigunt, diſcretos intervallis, & denticuli alterius per intervalla reſpondentia alterius apte recipiuntur. Hæ, extrinſecus inſigniores, ab interiore obſcuriores, ſunt, & ferme non niſi lineam referunt. Sunt tres Coronalis, Sagittalis, Lambdiformis. Coronalis (*l*) ab uno tempore ad alterum tendit, & fit ex nexu oſſium verticis & frontis. Sagittalis (*m*), quandoque frontis os dividens, a coronali, per ſynciput & medium verticem, in mucronem lambdiformis tendit, & ex oſſibus verticis, inter ſe nexis, fit. Lambdiformis (*n*) pone aures datur, indeque surſum in mucronem tendit, ex nexu oſſium verticis cum oſſe

occi-

(*l*) Veſal. Tab. *6*. Fig. 3. 4. A. B.
(*m*) Id. Tab. *6*. Fig. 3. B. E. D.
(*n*) Id. Tab. *6*. Fig. 3. 4. C. D.

occipitis producta. Hujus additamentum in utroque latere fit ex nexu hujus oſſis cum parte mammillari (*o*). Parva ſutura etiam datur in nexu oſſium verticis cum mammillaribus (*p*). — Squamoſæ ſuturæ dicuntur, quando oræ oſſium ſpecie ſquamæ ſunt extenuatæ, & iis imbricatim alterum alteri aſſidet. Hunc in modum nectuntur os frontis, verticis, cum ſquamoſa parte oſſis temporis, & proceſſu laterali multiformis (*q*). Hunc in modum oſſium palati ſquama aſſidet proceſſui aliformi multiformis (*r*).

Harmonia appellatur talis nexus, in quo linea ſimplicior extrinſecus conſpicitur, licet intrinſecus oræ denticulatæ ſint. Oſſa naſi hoc pacto inter ſe nectuntur (*s*), ut & cum proceſſibus naſalibus oſſium maxillarium (*t*): eademque aliorum connexionis ratio.

Luſus autem naturæ varii in his ſuturis ab Anatomicis detecti ſunt (*u*).

Deni-

(*o*) Veſal. Tab. 6. Fig. 5. C. m, & inde verſus anteriora.
(*p*) Id. Tab. 6. Fig. 3. 4. C. G.
(*q*) Id. Tab 6. Fig. 3. 4. A. H. F. G. a. a.
(*r*) Id. Tab. 6. Fig. 3. prope e. Ibi enim inter os maxillare ſuperius, & proceſſum aliformem multiformis, pars lamellæ oſſis palati ſeſe interſerit. Albin. Tab. 4 Fig. 2. inter S. & l.
(*s*) Veſal. Tab. 8. Fig. 1. Z. f.
(*t*) Id. Tab. 8. Fig. 1. Y. e.
(*u*) Conf. Obſervat. Anatom. Patholog. Lib. 3. pag. 103. Lib. 4. pag. 134.

Denique in ſuturis ſeparata quædam oſſicula ſubinde obſervantur, numero, loco, figura, magnitudine, admodum diverſa, quæ non ita bene Wormiana dici ſolent (*v*).

DE FORAMINIBUS CONCEPTACULI CEREBRI, FORAMINUM OCULORUM, IN NARIBUS, IN PALATO, IN AURE.

Ut intra conceptaculum cerebri, intra partes ipſi adpoſitas, partes variæ admitti poſſent, aliæ ex iisdem egredi, dictum conceptaculum non tantum, ſed & adpoſitæ partes, variis pertuſæ foraminibus ſunt. Hæc ergo commode dividuntur in foramina conceptaculi cerebri, foramina foraminum oculorum, in illa, quæ ſunt in naribus, in palato, in aure.

Foramina conceptaculi cerebri ſunt ſedecim. Primum cæcum eſt, inter criſtam galli & criſtam oſſis frontis, duram matrem cum vaſculis inſertam habens (*a*).

Secunda cribriforme os reddunt cribro ſimile; penetrant nervi, a proceſſibus mammillaribus cerebri emiſſi, ſeu primum par, olfactorium, cum vaſis (*b*).

Ter-

(*v*) Latius de iis egi in modo citat. Obſervat. Lib. 3. pag. 115. Lib. 4. pag. 134. Conf. Exercitation. Acad. Lib. 2. cap. 1. pag. 4. in not.

(*a*) Veſal. Tab. 10. Fig. 1. inter m. & K.

(*b*) Id. Tab. 10. Fig. 1. I.

Tertia ſunt inter baſem & proceſſus priores multiformis, pro nervis opticis & arteriis a carotidibus internis emiſſis (*c*).

Quarta, ſimilia fiſſuris, dantur ad utrumque baſis multiformis latus, inter proceſſus multiformis priores & laterales; hæc, ad foramen oculi patentia, cerebri nervum tertium, quartum, quinti ramum primum, ſextum transmittunt (*d*).

Quinta deteguntur in proceſſibus lateralibus multiformis; penetrant nervorum cerebri quintorum rami ſecundi (*e*).

Sexta, juxta latera ſurgentis baſis oſſis multiformis, deteguntur (*f*). Sunt extrema canalium oſſium petroſorum, qui incipiunt in hoc oſſe non longe a meatu auditorio (*g*), & arterias carotides cum nervis intercoſtalibus transmittunt.

Septima, in proceſſibus lateralibus oſſis multiformis, pro ramis tertiis nervorum quintorum cerebri deſtinata ſunt (*h*).

Octa-

(*c*) Veſal. Tab. 9. Fig. 1. E. Tab. 10. Fig. 1. E.

(*d*) Id. Tab. 9. Fig. 1. G. Tab. 10. Fig. 1. G.

(*e*) Id. Tab. 9. Fig. 1. H. Tab. 10. Fig. 1. H.

(*f*) Id. Tab. 10. Fig. 1. prope Y. ubi littera X. in explicatione memorata fuiſſet ponenda.

(*g*) Id. Tab. 9. Fig. 2. prope V. ſed magis verſus poſteriora, uti in oppoſito latere diſtinctius cernitur. Apertura, quæ in hac figura litterâ X. diſtinguitur, in depurato cranio communicationem quidem habet cum ſexto foramine, ſed ab ea illud non incipit. Conferantur, quæ notavi de hoc foramine pag. 31. ad notam m.

(*h*) Id. Tab. 9. Fig. 2. Q. Tab. 10. Fig. 1. Q.

Octava ſunt in fine eorundem proceſſuum poſteriore. Per hæc arteriæ & venæ ad duram matrem pertinent (*i*).

Nona, in poſteriore parte oſſium petroſorum, recipiunt nervos acuſticos & arterias (*k*). Canalis, qui ab hoc foramine in utroque latere incipit, & intra os petroſum tendit, originem præbet alii canali, qui aquæductus Falloppii dicitur, duram portionem nervi auditorii transmittit, & altero oſtio hiat inter proceſſum mammillarem & ſtyliformem (*l*).

Decima, inter os petroſum & occipitis, per duram matrem, rarius per oſſeam ſubſtantiam, a proxime ſequentibus diſtincta, nervos octavos transmittunt cum iis, qui a ſpinæ medulla recurrunt (*m*).

Undecima, veluti interrupta, per duram matrem a præcedentibus diſtincta, inter eadem oſſa inveniuntur. Penetrant ſinus laterales duræ matris, & arteriæ ad illam (*n*). Oſſa hic in ſpatium fere circulare migrant, quod infra patet

(*i*) Veſal. Tab. 9. Fig. 2. R. Tab. 10. Fig. 1. R.

(*k*) Id. Tab. 10. Fig. 1. a.

(*l*) Id. Tab. 9. Fig. 2. b. Foramen, cui hac in figura littera a. inſcripta eſt, proprie eſt meatus auditorius, qui cum foramine a. in Fig. 1. Tab. 10. communicationem non habet, ut ex Veſaliana explicatione concludi poſſet. Conf. ea, quæ dixi his de foraminibus in expoſitione oſſium temporum pag. 31. not. i.

(*m*) Id. Tab. 10. Fig. 1. c.

(*n*) Id. Tab. 10. Fig. 1. c.

tet in baſi calvariæ, & diverticulum illorum ſinuum recipit (*o*).

Duodecima ſunt in oſſe occipitis pro nervis nonis cerebri ſeu lingualibus (*p*).

Tertia & decima ſe manifeſtant pone condylos oſſis occipitis pro venis vertebralibus (*q*).

Decimum quartum foramen magnum oſſis occipitis eſt, per quod medulla oblongata penetrat cum arteriis vertebralibus, & nervis, a ſpinæ medulla recurrentibus (*r*).

Quinta & decima ſunt in oſſe occipitis & mammillaribus; tranſeunt venæ occipitii ad ſinus laterales duræ matris, & arteria parva ad hanc menyngem (*s*).

Sexta & decima dantur in oſſibus verticis, penetrant arteriæ & venulæ ad duram matrem (*t*).

Ex foraminibus conceptaculi cerebri tertia, quarta, & quinta in Foramina oculorum diriguntur, ſed præter hæc ſunt.

Prima, rima utrimque longa & ſatis lata, ſub temporum ſinu patens, membranam cum arteriis veniſque transmittens

(*o*) Veſal. Tab. 10. Fig. 2. c.
(*p*) Id. Tab. 9. Fig. 2. d. Tab. 10. Fig. 1. d.
(*q*) Id. Tab. 9. Fig. 2. f.
(*r*) Id. Tab. 9. Fig. 2. e. Tab. 10. Fig. 1. e.
(*s*) Id. Tab. 9. Fig. 2. g. Tab. 10. Fig. 1. g.
(*t*) Id. Tab. 10. Fig. 2. f. f.

tens (*u*). Eſt hæc rima inter os palati, maxillare, proceſſum aliformem multiformis, lateralem, & os jugale.

Secunda ſunt canales in fundo foraminum oculi cum veſtigiis ſuis, ſeſe aperientes in gena; penetrat ramus a ſecundo ramo nervi cerebri quinti cum vaſis (*v*).

Tertia ſunt foramina ſupercilii. Tranſit nervus a ramo primo nervi quinti cerebri cum vaſis (*w*).

Quarta deteguntur circa longitudinem mediam commiſſuræ oſſis frontis cum plano. Penetrat nervus a primo quinti cerebri ramo emiſſus, cum eoque arteria (*x*).

Quinta ſunt ſimilia a parte poſteriore in eodem nexu. Arteria ex foramine oculi decurrit (*y*).

Sexta canales naſales ſunt (*z*). In cantho primum ſemicanalis eſt, poſt canalis plenus, qui ſub priore parte oſſis ſpongioſi inferioris intra nares ſeſe aperit; adeo ut componantur ab oſſe unguis, proceſſu naſali oſſis maxillaris ſuperioris, hujus oſſis corpore & ſpongioſo.

Septima, canaliculi proceſſuum lateralium oſſis multifor-

mis,

(*u*) Veſal. Tab. 9. Fig. 1. 2. D.
(*v*) Id. Tab. 9. Fig. 1. B.
(*w*) Id. Tab. 9. Fig. 1. A. A.
(*x*) Id. Tab. 9. Fig. 1. V.
(*y*) Id. Tab. 9. Fig. 1. T.
(*z*) Id. Tab. 9. Fig. 1. C.

mis, per quos arteriæ venæque duræ matris penetrant (*a*).

Octava, canaliculi in oſſe jugali, per quos arteria tranſit, venula, nervulus (*b*).

In Naribus ſunt, præter foramina conceptaculi cerebri ſecunda, præter quarta & ſexta foramina oculorum, præter ſecunda palati.

Prima, in parte poſtica & ſuperiore laterum (*c*), facta ex cornubus oſſium palati (*d*), cum baſi multiformis (*e*), ſub ſinu ejus convenientibus. Transeunt ad nares nervi a ramis ſecundis quintorum cerebri cum vaſis.

Secunda, canales proceſſuum aliformium oſſis multiformis (*f*), in quos penetrant vaſa & nervi. Minuta denique in oſſiculis naſi.

In Palato prima ſunt aperturæ, prope præſepiolum intimum, canalium (*g*), qui in oſſe palati veſtigio incipiunt a foramine imo, primo loco inter foramina narium numerato, tendente ad mediam poſticam commiſſuram oſſis ma-

xillaris

(*a*) Veſal. Tab. 9. Fig. 1. ſupra N. in oculo dextro.
(*b*) Id. Tab. 9. Fig. 1. plerumque ſupra r.
(*c*) Albin. Tab. oſſium extr. Tab. 4. Fig. 8. w. intr. Fig. 2. w.
(*d*) Id. Tab. 4. Fig. 2. V. W.
(*e*) Id. Tab. 4. Fig. 2. e.
(*f*) Id. Tab. 4. Fig. 6. V. V.
(*g*) Veſal. Tab. 9. Fig. 2. λ.

xillaris & palati. Rami a ramis ſecundis nervorum quintorum cerebri transeunt cum vaſis.

Secunda ſunt in proceſſu oſſis palati (*h*).

Tertium, in commiſſura oſſium maxillarium, unde canales duo a palato ad fundum narium pertinent, cutem palati cum vaſculis & nervis transmittentes (*i*).

In Aure, præter nonum conceptaculi cerebri, ſunt.

Prima inter os ſquamoſum & petroſum, penetrat tendo muſculi externi mallei, & radix prior chordæ tympani (*k*).

Secunda ſunt partes oſſeæ tubæ Euſtachianæ (*l*).

DE MAXILLA INFERIORE.

Pars prior Maxillæ inferioris (*a*), magna, craſſa, dura, incipit margine, gingivam formante, dentes continente, & hunc in finem alveolis ſedecim gaudente, qui, longitudine varii, in unum, duosve fines deſinentes, radices dentium continent (*b*). Inde deorſum procedens in oram craſſam, valentem, deſinit, & ſuo acumine extre-

mo,

(*h*) Veſal. Tab. 9. Fig. 2. *n*.

(*i*) Id. Tab. 9. Fig. 2. p.

(*k*) Id. Tab. 9. Fig. 2. inter V. & a. Conf. Albin. Tab. 2. Fig. 1. Z.

(*l*) Veſal. Tab. 9. Fig. 2. V.

(*a*) Veſal. Tab. 4. C. Tab. 11. Fig. 1. 2.

(*b*) Id. Tab. 11. Fig. 1. ſupra G. Fig. 2. ſupra H.

mo, in priora prominente, mentum facit (*c*). A quoque latere compreſſa (*d*) magis adſcendit, ſeſe pone maxillam ſuperiorem extendit ad baſim calvariæ, & in duos proceſſus (*e*) deſinit; horum poſteriores ex gracili collo (*f*) ſenſim lateſcunt, & abeunt in capitula (*g*) oblonga, ex transverſo & nonnihil oblique ab exterioribus ad interiora & poſteriora poſita, quæ admittuntur in ſinus oſſium temporum (*h*), intermedia ſingulari lamella (*i*), & ad illos ſinus & ad tubercula (*k*), quæ ante eos inveniuntur, ſingulari moventur ratione, ante & pone, deorſum & ſurſum, ad dextrum & ſiniſtrum latus, in obliquum & quodammodo in orbem. Priores proceſſus (*l*) ex lata radice in acumen, ad exteriora modice inclinatum, deſinunt, & inſertionem Temporalibus muſculis præbent. Pars poſterior maxillæ (*m*), verſus fauces diducta, his & fundo oris locum

(*c*) Veſal. Tab. 11. Fig. 1.
(*d*) Id. Tab. 11. Fig. 1. 2. E.
(*e*) Id. Tab. 11. Fig. 1. 2. A. C. Tab. 4. C. T. b.
(*f*) Id. Tab. 11. Fig. 1. 2. B.
(*g*) Id. Tab. 11. Fig. 1. 2. A.
(*h*) Id. Tab. 6. Fig. 4. 5. h. Conf. Tab. 5. Fig. 1. 2. 3. 4. 5.
(*i*) Morgagni Adverſar. Anat. II. animadv. 28. 30. Tab. 1. Fig. 1. 2. B. Weitbrecht Syndesmolog. Tab. 8. Fig. 32.
(*k*) Veſal. Tab. 6. Fig. 5. ante h. Conf. Tab. 5. Fig. 1. 2. 3. 4. 5.
(*l*) Id. Tab. 4. C. T. Tab. 11. Fig. 1. 2. C.
(*m*) Id. Tab. 11. Fig. 2.

cum parat, & varias eminentias habet, unde muſculi oriuntur, aut ad quas deſinunt. Eſt denique in media parte laterali intrinſecus utrimque orificium (*n*) canalis, qui in priora per oſſis ſubſtantiam deſcendit, & ſub dentibus molaribus primis ad exteriora patet (*o*), ramum tertii rami quinti nervorum paris transmittens.

DE DENTIBUS.

Etiamſi ortu, incremento, ſtructura, ab oſſibus differant Dentes (*a*); de iis tamen, deſcriptis hactenus maxillis inhærentibus, commode hic loci pauca moneri poſſunt.

Sunt in utraque maxilla numero ſedecim (*b*). Quatuor medii Inciſores vocantur, his a quoque latere adſtat Caninus, ſequuntur tunc Molares, ab utraque parte quinque. Conſtant omnes coronâ, collo, radice. Corona cruſta duriſſima tegitur, hæc minus inſignis in inciſoribus, in utrumque latus lateſcens, acuta, in aciem rectiorem deſinit, a priore gibba, a poſteriore exſecta: inſignior, magis tumens in caninis, & in extremum anguſtius deſinens; magis iterum

(*n*) Veſal. Tab. 11. Fig. 2. F.
(*o*) Id. Tab. 11. Fig. 1. G.
(*a*) Conſulantur Celeb. Albini Annot. Acad. Lib. 2. cap. 2.
(*b*) Veſal. Tab. 4. Fig. C. Tab. 5. Tab. 6. Fig. 3. 5. Tab. 8. Fig. 1. 2. Tab. 11.

rum intumeſcens in molaribus, per ambitum gibba ſed abiens in ſuperficiem amplam, inæquabilem, aſperam & ſinuatam. Collum gingivis cingitur. Radices alveolis continentur, hæ ſimplices in caninis, inciſoribus, primis molaribus, reliquis duplices, triplices, vel & quadruplices. Sic ergo facti ſunt, ut inciſoribus apprehendere, ſecare, poſſimus, caninis retinere, molaribus confringere, conterere.

DE OSSE HYOIDE.

Inter linguam & laryngem poſitum Os Hyoïdes (*a*), utrique nexum, conſtat baſi, ab anteriore convexa (*b*), a poſteriore concava (*c*), duobus cornubus (*d*), in obtuſum apicem (*e*) deſinentibus & oſſiculis graniformibus (*f*), quæ adſtant articulis (*g*), quorum ope baſis cum cornubus conjungitur, admittunt vero ligamenta, ex proceſſibus ſtyliformibus demiſſa, & ſubinde in diſtincta oſſicula abeuntia (*h*).

(*a*) Veſal. Tab. 12. Fig. 1. 2.
(*b*) Id. Tab. 12. Fig. 1. A. B. C.
(*c*) Id. Tab. 12. Fig. 2. D.
(*d*) Id. Tab. 12. Fig. 1. 2. E. F.
(*e*) Id. Tab. 12. Fig. 1. 2. H.
(*f*) Id. Tab. 12. Fig. 1. 2. I. K.
(*g*) Id. Tab. 12. Fig. 1. 2. G.
(*h*) Id. Tab. 12. Fig. 1. L. M. N.

DE

DE TRUNCO.

Truncus dividitur in Spinam (*a*), Thoracem (*b*), atque Pelvim (*c*).

DE SPINA.

Componitur Spina 1°. ex vertebris viginti quatuor, ſeptem colli (*d*), duodecim dorſi (*e*), quinque lumborum (*f*). 2°. ex oſſe ſacro (*g*), & coccyge (*h*).

DE VERTEBRIS.

Vertebræ in multis conveniunt, in multis differunt. In omnibus adſunt corpus, arcus, proceſſus, foramen. Corpus (*a*) orbiculatum, ſupra infraque planius (*b*), ab anterio-

(*a*) Veſal. Tab. 1. 2. 3. I. K. L. M. Tab. 13.
(*b*) Id. Tab. 1. 2. 3. K. L. O. P. 1—12. Tab. 18. Fig. 1. 2.
(*c*) Id. Tab. 1. 2. 3. M. N. Θ. ο. π. ρ.
(*d*) Id. Tab. 1. 2. 3. ab I. ad K. Tab. 13. A. B.
(*e*) Id. Tab. 1. 2. 3. à K. ad L. Tab. 13. C. D.
(*f*) Id. Tab. 1. 2. 3. ab L. ad M. Tab. 13. E. F.
(*g*) Id. Tab. 1. 2. 3. ab M. ad N. Tab. 13. G. H. Tab. 17. Fig. 1. 2.
(*h*) Id. Tab. 1. 2. 3. N. Tab. 13. I. K. Tab. 17. Fig. 3.
(*a*) Id. Tab. 13. L. L. L.
(*b*) Id. Tab. 15. Fig. 1. 2. 3. 4. A. Tab. 16. Fig. 1. 2. 3. A. A.

teriore rotundum (*c*), a poſteriore quodammodo exſectum (*d*), poroſum, magnitudine & craſſitie varium, præcipuam & anteriorem partem conſtituit. — Arcus vertebras a poſteriore terminat, a quoque latere corpori cohærens (*e*), ſic ut, inter illud atque arcum, foramen magnum relinquatur (*f*). — Proceſſus ſeptem ſunt, quatuor articulares (*g*), duo nempe obliqui adſcendentes, totidem obliqui deſcendentes (*h*), duo transverſi (*i*), unicus ſpinoſus (*k*). — Notantur præterea, a quoque latere corporis, duæ inciſuræ, altera ſuperior (*l*), altera inferior (*m*), quæ, junctis invicem vertebris, foramen (*n*) formant, communicans cum canali, qui inter corpora vertebrarum ab anteriore & arcus a poſteriore relinquitur. Junguntur vertebræ inter ſe

(*c*) Veſal. Tab. 15. Fig. 1. Tab. 16. Fig. 1.
(*d*) Id. Tab. 15. Fig. 2. 3. inter Y. & X.
(*e*) Id. Tab. 14. Fig. 8. ad num. 2. 5. 4. 11. 3. 1.
(*f*) Id. Tab. 14. Fig. 2. 3. 4. I.
(*g*) Id. Tab. 13. O. O. O. O. Tab. 15. Fig. 2. 3. X. Y. Fig. 4. e. f.
(*h*) Id. Tab. 13. N. N. N. Tab. 15. Fig. 2. 3. 4. a. b.
(*i*) Id. Tab. 13. M. M. M. Tab. 15. Fig. 1. 2. 3. 4. H. I.
(*k*) Id. Tab. 13. P. P. P. Tab. 15. Fig. 1. 3. O. N. P. Fig. 3. R. Fig. 4. S. Tab. 16. Fig. 1. 2. 3. C.
(*l*) Id. Tab. 14. Fig. 8. 9. ζ.
(*m*) Id. Tab. 14. Fig. 7. τ. τ.
(*n*) Id. Tab. 13. Q. Q. Q.

ſe & corporibus ſuis, interventu lamellæ cartilagineo-ligamentoſæ, maxime elaſticæ (*o*), quæ foramina lateralia etiam majora reddit, & per proceſſus articulares, cartilaginea cruſta obductos; utrumque autem nexum ligamenta firmant.

In VERTEBRIS CERVICALIBUS corpora ab anteriore parum applanata ſunt, non adeo craſſa, ac in dorſo & lumbis, deſcendendo autem ſenſim adeo adaugentur, ut pyramidem quodammodo referant (*p*). Exſecta ſuperior ſuperficies eſt inter partes laterales (*q*), inferior inter partem anteriorem & poſteriorem (*r*). Proceſſus ſpinoſus, (*s*) in prima abſens, in quinque ſubſequentibus bifidus, in ſeptima maximus (*t*). Transverſales proceſſus breves, foramine pro vaſis vertebralibus pertuſi, a ſuperiore aliquomodo exſecti, & ſæpe in duplicem mucronem terminati (*u*). Articulares magis obliqui, quam in dorſo (*v*).

Prima harum, ATLAS dicta (*w*), corpore & proceſſu ſpinoſo

(*o*) Veſal. Tab. 13. R. R. R.
(*p*) Id. Tab. 13. A B.
(*q*) Id. Tab. 14. Fig. 9. η. θ. κ. Fig. 8. num. 1. 2.
(*r*) Id. Tab. 14. Fig. 8. ϱ.
(*s*) Id. Tab. 14. Fig. 7. ſ. Fig. 8. num. 11. Fig. 9. t.
(*t*) Id. Tab. 13. ad num. 7.
(*u*) Id. Tab. 14. Fig. 8. ad num. 7. 8. 9. 10.
(*v*) Id. Tab. 14. Fig. 8. ad num. 3. 4 & 5. 6.
(*w*) Id. Tab. 14. Fig. 2. 3. 4.

noſo caret, refert arcum inæqualem, variis eminentiis & ſinubus gaudentem (*x*), foramen maximum (*y*) cingentem. In ſuperiore parte duo dantur ſinus (*z*), condylos oſſis occipitis (*a*) admittentes, ab inferiore duæ ſuperficies, cartilagineâ, ut ſinus, cruſtâ obductæ (*b*), deorſum & retrorſum inclinatæ, cum ſimilibus in ſuperiore parte vertebræ ſecundæ (*c*) correſpondentes. Pone dictos ſinus in quoque latere inciſura eſt (*d*), juxta quam arteriæ vertebrales ſeſe inflectunt, & pone ſuperficies inferiores alia (*e*). A parte interiore partis prioris lævigata, exſecta, ſuperficies eſt (*f*), pro dente Epiſtrophei (*g*), & a latere hujus variæ conſpiciuntur eminentiæ (*h*), quibus ligamenta adhærent. Ex parte laterali quaque prodeunt proceſſus

lati,

(*x*) Veſal. Tab. 14. Fig. 4. L. a. X. q. Y.
(*y*) Id. Tab. 14. Fig. 2. 3. 4. I.
(*z*) Id. Tab. 14. Fig. 2. N. O. P. Q. R. Fig. 3. N.
(*a*) Id. Tab. 14. Fig. 1. B. C. D. E. F.
(*b*) Id. Tab. 14. Fig. 4. Y. a. b.
(*c*) Id. Tab. 14. Fig. 5. c. d. e. f.
(*d*) Id. Tab. 14. Fig. 3. V.
(*e*) Id. Tab. 14. Fig. 4. q. Quæ poſt expoſitionem hujus litteræ ſequuntur, per incuriam hic loci inſerta ſunt, pertinent ad litteram V.
(*f*) Id. Tab. 14. Fig. 3. 4. L.
(*g*) Id. Tab. 14. Fig. 5. g.
(*h*) Id. Tab. 14. Fig. 3. O.

lati, transverſi, foramine pertuſi (*i*). In parte poſteriore, loco proceſſus ſpinoſi, tuberculum datur (*k*).

Secunda vertebrarum cervicis EPISTROPHEUS (*l*) vocatur. Hujus corpus, craſſius, ſuperne augetur dente (*m*) craſſo, valido, qui ſuperficies exhibet quatuor, anteriorem cartilagine lævigatam (*n*), cujus ope nectitur cum interiore ſinu prioris partis arcus atlantis (*o*), poſteriorem (*p*), cui adhærent ligamenta, & duas ſuperiores (*q*), ad quas pariter ligamenta accedunt a margine oſſis occipitis. A latere hujus dentis ſunt duæ planities (*r*), cum ſimilibus in atlante (*s*) nectendæ. Inferior corporis ſuperficies, exſecta (*t*), ſeſe ad ſuperiorem tertiæ (*u*) accommodat. A latere & magis verſus poſteriora ſunt proceſſus obliqui inferiores (*v*). Foramen minus eſt. Proceſſus ſpinoſus, apice bifidus, declivia

(*i*) Veſal. Tab. 14. Fig. 2. S. T. Fig. 3. 4. S.
(*k*) Id. Tab. 14. Fig. 3. X.
(*l*) Id. Tab. 14. Fig. 5. 6. 7.
(*m*) Id. Tab. 14. Fig. 6. h. i. k. l. n.
(*n*) Id. Tab. 14. Fig. 5. g.
(*o*) Id. Tab. 14. Fig. 3. L. Fig. 10. 11.
(*p*) Id. Tab. 14. Fig. 6. h.
(*q*) Id. Tab. 14. Fig. 5. 6. n. Fig. 10. r.
(*r*) Id. Tab. 14. Fig. 5. 6. c. d. e. f.
(*s*) Id. Tab. 14. Fig. 4. Y. a. b.
(*t*) Id. Tab. 14. Fig. 5. 6. 7. ε.
(*u*) Id. Tab. 14. Fig. 8. inter 1. & 2.
(*v*) Id. Tab. 14. Fig. 6. 7. 11. β.

clivia latera habet (*w*). Transverſi proceſſus (*x*) breves ſunt, oblique decurrente foramine pertuſi (*y*). Inciſuræ & ſuperiores & inferiores exiguæ.

Corpora Vertebrarum dorsi, majora, a ſuperiore & inferiore compreſſa (*z*), in tribus ſupremis ferme ejusdem magnitudinis ſunt, tum vero ſenſim augentur. Proceſſus ſpinoſi longi (*a*), a ſuperiore acuti (*b*), ab inferiore parum excavati (*c*), multum deſcendunt, & in obtuſum mucronem deſinunt; tres inferiores & breviores & latiores eſſe ſolent. Obliqui adſcendentes (*d*), & deſcendentes (*e*), tum ſupra tum infra transverſos inveniuntur, eorumque ſuperficies magis verticales ſunt. Transverſi (*f*) ſatis longi ſunt, ſed verſus duodecimam ſenſim imminuuntur: medio loco tenuiores in capitulum deſinunt, a parte anteriore cartilagine obductam ſuperficiem (*g*) monſtrant, quæ tuberculum,

(*w*) Veſal. Tab. 14. Fig. 5. 6. 7. f.
(*x*) Id. Tab. 14. Fig. 5. 6. 7. u.
(*y*) Id. Tab. 14. Fig. 5. 6. 7. x.
(*z*) Id. Tab. 15. Fig. 1. 2. 3. 4. A.
(*a*) Id. Tab. 15. Fig. 1. 2. O. N. P. Fig. 3. R. Fig. 4. S.
(*b*) Id. Tab. 15. Fig. 2. N.
(*c*) Id. Tab. 15. Fig. 1. Q.
(*d*) Id. Tab. 15. Fig. 1. T. V. Fig. 2. 3. X. Y. Fig. 4. e. f.
(*e*) Id. Tab. 15. Fig. 2. 3. 4. a. b. Fig. 4. g. h.
(*f*) Id. Tab. 15. Fig. 1. 2. 3. 4. H. I.
(*g*) Id. Tab. 15. Fig. 1. K. Tab. 18. Fig. 3. e. b.

culum, coſtæ ultra collum adſtans (*h*), admittit; hæc autem in duabus ultimis non obſervatur. A quoque latere corporum harum vertebrarum duæ notantur ſuperficies, cartilagine tectæ, altera in parte ſuperiore (*i*), altera in inferiore (*k*), ſic factæ, ut inferior cum ſuperiore proximæ vertebræ ſinum notabilem (*l*) formet, quo recipitur capitulum coſtæ (*m*). Suprema vertebra pro prima coſta hunc ſinum ſola facit, ſed tamen concurrit pro formando ſinu, in quem caput ſecundæ coſtæ admittitur. Ultimæ duæ ſolent talem unicam habere ſuperficiem.

Omnium maxima ſunt corpora Vertebrarum lumborum (*n*), &, quo inferiora, eo latiora eſſe ſolent. Proceſſus ſpinoſi breves (*o*), acuti, lateribus compreſſi (*p*), a ſuperiore (*q*) & inferiore tenues, in apicem craſſum (*r*) deſinunt; transverſi, longi, tenues (*s*), ad tertiam augentur,

ab

(*h*) Veſal. Tab. 18. Fig. 4. M. Fig. 3. c.
(*i*) Id. Tab. 15. Fig. 1. B. Tab. 18. Fig 3. d.
(*k*) Id. Tab. 15. Fig. 1. C.
(*l*) Id. Tab. 18. Fig. 3. X.
(*m*) Id. Tab. 18. Fig. 4. L. Fig. 3. a.
(*n*) Id. Tab. 16. Fig. 1. 2. 3.
(*o*) Id. Tab. 16. Fig. 1. 2. 3. C.
(*p*) Id. Tab. 16. Fig. 2. inter F. & G.
(*q*) Id. Tab. 16. Fig. 2. C. F.
(*r*) Id. Tab. 16. Fig. 3. G.
(*s*) Id. Tab. 16. Fig. 1. 2. 3. H.

ab ea rurſus imminuuntur. Obliqui adſcendentes juxta longitudinem excavati (*t*) ſunt, deſcendentes (*u*) eadem ratione gibbi. Præter hos duo minores adeſſe ſolent.

DE OSSE SACRO.

Vertebris dictis fundamentum præbet Sacrum os (*a*), in quo ſuperior, inferior, poſterior, & duæ laterales partes diſtingui poſſunt. In adultis unicum os eſt, ſed in junioribus ex quinque diſtinctis partibus componitur, raro ex ſex.

Pars ſuperior (*b*), eaque media, lata, plana, orbem ſiſtit ovatum, convenientem cum inferiore ſuperficie ultimæ lumborum vertebræ, cum qua eodem modo, ac reliquarum vertebrarum corpora inter ſe, conjungitur (*c*). Pone illum ſunt proceſſus duo obliqui adſcendentes, qui ſuperficiebus ſuis cartilagineis ſibi reſpiciunt (*d*). In latere procedunt alæ amplæ (*e*), in priora gibbæ, in obtuſum mucro-

nem

(*t*) Veſal. Tab. 16. Fig. 2. 3. I. K. L. M.
(*u*) Id. Tab. 16. Fig. 2. 3. N. O.
(*a*) Id. Tab. 17. Fig. 1. 2.
(*b*) Id. Tab. 17. Fig. 1. ſupra A.
(*c*) Id. Tab. 13. inter 24. & 25.
(*d*) Id. Tab. 17. Fig. 1. S. Fig. 2. S. T. V. X.
(*e*) Id. Tab. 17. Fig. 1. 2. L. M.

nem (*f*) terminatæ, inter quem & proceſſus lunula eſt (*g*). Extremitas inferior tenuis, oblonga, ovata (*h*), ſeſe accommodat ad ſuperius coccygis oſſiculum. Pone hanc ſunt duo proceſſus obliqui deſcendentes (*i*), qui admittunt adſcendentes coccygis. Pars anterior, excavata, ſenſim anguſtata, glabra (*k*), quatuor in quoque latere pertuſa eſt foraminibus (*l*), aut quinque, ſi ex ſex partibus ſacrum os conſtat. Pars poſterior inæquabilis admodum, & quaſi cariosa (*m*). Hanc componit ſcutum, cum arcu vertebrarum quodammodo conveniens, tribus proceſſibus ſpinoſis (*n*) gaudens, & ab inferiore dehiſcens (*o*); a latere hujus quoque ſunt tubercula (*p*), ſequuntur tum quatuor foramina (*q*), iis, quæ, in anteriore parte ſunt, oppoſita, tum iterum tubercula, & denique in parte ſuperiore & verſus latera profundæ ſatis foveæ ſunt, in fundo quaſi reticula-

tæ

(*f*) Veſal. Tab. 17. Fig 2. L.
(*g*) Id. Tab. 17. Fig. 1. 2. ad num. 1.
(*h*) Id. Tab. 17. Fig. 1. a.
(*i*) Id. Tab. 17. Fig. 2.
(*k*) Id. Tab. 17. Fig. 1. L. L. R. A. B. &c.
(*l*) Id. Tab. 17. Fig. 1. ad num. 2. 3. 4. 5. vel & 6.
(*m*) Id Tab. 17. Fig. 2.
(*n*) Id. Tab. 17. Fig. 2. d. d. d.
(*o*) Id. Tab. 17. Fig. 2. a quoque latere litteræ k.
(*p*) Id. Tab. 17. Fig. 2. inter d. d. d. & 2. 3. 4. 5.
(*q*) Id. Tab. 17. Fig. 2. ad num. 2. 3. 4. 5.

tæ (*r*). Inter anteriorem & poſteriorem partem canalis eſt (*s*), qui ſenſim anguſtatur, & ab utroque latere quatuor habet foramina, cum anterioribus & cum poſterioribus communicantia. Partes laterales (*t*), inæquabiles, monſtrant a ſuperiore ſuperficiem (*u*) incurvam, glabram, cartilaginea cruſta obductam, quæ cum ſimili in oſſe innominato committitur, porro tenuiora fiunt latera, & tuberculata (*v*); adhærent ligamenta ſacro-iſchiadica (*w*).

DE COCCYGE.

Componunt Coccygem (*a*) quatuor oſſicula (*b*), ſenſim magis degenerantia, & minora, aliis aliis ſuppoſita, quorum ultimum in mucronem cartilagineum (*c*) deſinit. Sunt a priore planiora (*d*), a poſteriore gibba (*e*), a ſuperiore lata

(*r*) Veſal. Tab. 17. Fig. 2. P. Q.
(*s*) Id. Tab. 17. Fig. 2. e. f. g. h. i. k.
(*t*) Id. Tab. 17. Fig. 2. M. N. L. R.
(*u*) Id. Tab. 17. Fig. 2. N. N.
(*v*) Id. Tab. 17. Fig. 2. R.
(*w*) De hoc oſſe, ut & de reliquis, quæ ad pelvim formandam concurrunt, latius egi in Diſſ. de pelvi, ejusque in partu dilatatione, quæ recuſa eſt in Theſaur. Diſſert. vol. 3. pag. 171.
(*a*) Veſal. Tab. 17. Fig. 3.
(*b*) Id. Tab. 17. Fig. 3. G. H. I. K.
(*c*) Id. Tab. 17. Fig. 3. c.
(*d*) Id. Tab. 17. Fig. 1. G. H. I. K.
(*e*) Id. Tab. 17. Fig. 3. G. H. I. K.

lata & ſinuata (*f*), ab inferiore gibba & anguſtiora (*g*). Supremum cum mucrone oſſis ſacri nectitur (*h*), reliqua inter ſe, ſic tamen, ut in omni nexu dentur lamellæ, quales vertebrarum corporibus interpoſitæ ſunt (*i*). Primum oſſiculum habet præterea duos proceſſus (*k*), obliquis adſcendentibus quodammodo ſimiles, qui accedunt ad ſimiles, ſed deſcendentes, in parte poſteriore & inferiore oſſis ſacri. In hoc, ut & in ſequentibus, transverſorum proceſſuum quædam ſpecies adeſt (*l*).

DE COMPOSITIONE SPINÆ.

Compoſita ex dictis hactenus partibus Spina, egregie ad corporis æquilibrium, ſtabilitatem cum mobilitate junctam; & ſingularum partium uſum, accommodata eſt. A ſacro lumbi in priora ſurgentes, mox rectiores, & ad poſteriora modice inclinantes, thoracem commode ſuſtinent; dorſum, ad poſteriora inclinans, leniter a ſummo inflexum eſt; a dorſo ſur-

(*f*) Veſal. Tab. 17. Fig 3. ſupra G.
(*g*) Id. Tab. 17. Fig. 3. ſupra b.
(*h*) Id. Tab. 17. Fig. 1. a.
(*i*) Id. Tab. 17. Fig. 3. b.
(*k*) Bidloo Tab. 98. Fig. 2. 3. A. B.
(*l*) Veſal. Tab. 17. Fig. 1. 2. 3.

ſurſum in priora fertur collum, modice reflexum, caput, in priora quaſi pendulum, ſuſtinens. Sub lumbis os ſacrum inter oſſa ilium rectius in poſteriora tendit, inde cum coccyge in priora incurvatur. A priore æquabilis ſpina, a poſteriore, ob ſpinoſos proceſſus, inæquabilis tota. In dorſo, in utroque latere diſtincti duodecim ſinus pro recipiendis capitulis coſtarum, horum primus in prima dorſi vertebra eſt, ſecundus ex prima & ſecunda atque intermedia lamella cartilaginea fit, undecimus & duodecimus in ſuis vertebris obſervantur. Accedunt ſinus in proceſſibus transverſis pro tuberculis coſtarum. Per mediam ſpinam canalis decurrit, factus ex vertebrarum foraminibus, ſibi impoſitis, hic medullam ſpinalem continet, ſua amplitudine hujus craſſitiëi ſeſe accommodans. Canalis hic in utroque latere foraminibus patet; primum eſt inter occiput & atlantem, ſubſequentia inter ſingulas vertebras, quarum corpora hunc in finem exſecta ſunt; cum autem lateribus ſacri oſſis adhærent innominata, ſacrum & ab anteriore & a poſteriore foraminibus hiat, quæ cum dicto canali etiam communicant.

DE THORACE.

Ad Thoracem formandum concurrunt 1°. Duodecim dorſales vertebræ (*a*), de quibus dictum; 2°. Sternum (*b*), in mucronatam cartilaginem (*c*) deſinens; 3°. Coſtæ viginti quatuor (*d*).

DE STERNO.

Pectoris os, STERNUM (*a*), componitur ex oſſibus tribus (*b*). Superius (*c*) triangulare quaſi eſt, truncatis angulis; hoc craſſius, ſuperiore parte (*d*) lunatum, & duobus ſinubus (*e*), magnis, oblongis, cartilagine incruſtatis, claviculas, interpoſita ſingulari lamella (*f*), admittentibus, inſtructum; inter cartilagines latas, craſſas, primarum coſtarum

(*a*) Veſal. Tab. 1. 2. 3. a K. ad L.
(*b*) Id. Tab. 1. 2. 3. O. Tab. 18. Fig. 1. g. h. i.
(*c*) Id. Tab. 1. 2. 3. P. Tab. 18. Fig. 1. k.
(*d*) Id. Tab. 1. 2. 3. num. 1—12. Tab. 18. Fig. 1. 2. num. 1—12.

(*a*) Id. Tab. 18. Fig. 1. g. h. i. Fig 6. 7.
(*b*) Id. Tab. 18. Fig. 1. g. h.; h. i; i. k.
(*c*) Id. Tab. 18. Fig. 6. 7. ab s. ad t.
(*d*) Id. Tab. 18. Fig. 6. 7. s.
(*e*) Id. Tab. 18. Fig. 6. q. r. Fig. 7. r.
(*f*) Weitbrecht Syndesmolog. pag. 14. Tab. 1. Fig. 1. 2. 3.

rum (*g*) deſcendit, iisque late & firmiter jungitur, & ſenſim anguſtatum (*h*) parte inferiore ſua, recta, anguſta, & inæquabili (*i*), jungitur cum oſſe ſecundo. Secundum (*k*) deorſum tendit, ſenſim lateſcens (*l*), reliquis longius, ac ora rotundula (*m*) finitur, cui (*n*) adnectitur os tertium (*o*) minimum, non ſemper eodem modo formatum (*p*), & denique in cartilaginem mucronatam (*q*) deſinens. Cum hoc ſterno, præter primam coſtam, ſex ſubſequentes (*r*) etiam conjunguntur, quem in finem totidem ſinus (*s*) ſunt a latere ſterni, cartilagine cruſtati, primi (*t*) ad nexum oſſis primi & ſecundi, ultimi (*u*) ad commiſſuram oſſis tertii cum ſecundo, intermedii (*v*) in lateribus oſſis ſecundi. Funda-

(*g*) Veſal. Tab. 18. Fig. 1. C.
(*h*) Id. Tab. 18. Fig. 6. 7. a p. ad u. Fig. 1. a C. ad D.
(*i*) Id. Tab. 18. Fig. 6. 7. t.
(*k*) Id. Tab. 18. Fig. 1. h. i. Fig. 6. 7. a t. ad ζ.
(*l*) Id. Tab. 18. Fig. 6. 7. usque ad z.
(*m*) Id. Tab. 18. Fig. 6. 7. a z. per β.
(*n*) Id. Tab. 18. Fig. 6. 7. ζ.
(*o*) Id. Tab. 18. Fig. 1. k.
(*p*) Conf. Obſervat. Anatom. Patholog. Lib. III. pag. 134. Lib. IV. pag. 138.
(*q*) Veſal. Tab. 18. Fig. 6. 7. η.
(*r*) Id. Tab. 18. Fig. 1. num. 1—7.
(*s*) Id. Tab. 18. Fig. 6. 7. u. x. y. z. α β.
(*t*) Id. Tab. 18. Fig. 6. 7. u.
(*u*) Id. Tab. 18. Fig. 6. 7. β.
(*v*) Id. Tab. 18. Fig. 1. z. x. y. z. α.

damentum ergo coſtis præbet, perficit thoracis & pectoris partem priorem atque mediam (*w*), latum, per longitudinem nonnihil incurvum, extrinſecus gibbum, ex interiore parte concavum.

DE COSTIS.

Costæ (*a*), oſſa longa, lata, tenuia, incurva, ſuis extremitatibus anterioribus craſſescentibus in cartilagines (*b*) deſinentia, in utroque latere duodecim ſunt; ſeptem ſuperiores veræ, quinque inferiores ſpuriæ vocantur. Sic poſitæ ſunt, ut, intervallis modicis disjunctæ, a dorſo verſus priora tendant, ſuis concavis partibus ſeſe reſpiciant (*c*). A ſuperiore, brevi, ad ſeptimam magnitudine augentur (*d*), ab hac iterum imminuuntur (*e*); veræ cartilaginibus ſuis ad os pectoris perveniunt (*f*); ſpuriæ ſuas, paulatim gracileſcentes, præcedenti adjungunt, ſic ut octavæ cartilago nectatur

(*w*) Veſal. Tab. 18. Fig. 1.
(*a*) Id. Tab. 18. Fig. 1. 2. ad num. 1 — 12.
(*b*) Id. Tab. 18. Fig. 1. 3. B.
(*c*) Id. Tab. 18. Fig. 1. 2.
(*d*) Id. Tab. 18. Fig. 1. num. 1 — 7.
(*e*) Id. Tab. 18. Fig. 1. num. 8 — 12.
(*f*) Id. Tab. 18. Fig 1. num. 1 — 7. A. B. C.

tatur cartilagini ſeptimæ (*g*), nona octavæ; decima nonæ; undecima autem & duodecima liberæ ſint.

Quæque coſta habet capitulum (*h*), collum (*i*), tuberculum (*k*), corpus (*l*), partem anteriorem (*m*). In prima capitulum fere rotundum eſt, in ſubſequentibus illud in duas ſuperficies, media oblonga, transverſa, eminentia diſtinctas, dividitur (*n*); in undecima & duodecima ſuperficies planior, rotunda (*o*) eſt. Differentia hæc dependet a nexu cum vertebris; prima enim coſta cum corpore folius vertebræ primæ, ſic & undecima cum corpore vertebræ undecimæ, duodecima cum corpore duodecimæ vertebræ, junguntur; ſecunda & ſubſequentes copulantur cum inferiore parte corporis ſuperioris, & ſuperiore parte corporis inferioris vertebræ (*p*). Collum (*q*) in omnibus breve eſt; & illam partem format, quæ inter capitulum & tuberculum media

(*g*) Veſal. Tab. 18. Fig. 1. num. 8. A. B. F.
(*h*) Id. Tab. 18. Fig. 4. L. Fig. 3. a.
(*i*) Id. Tab. 18. Fig. 4. Q.
(*k*) Id. Tab. 18. Fig. 4. M.
(*l*) Id. Tab. 18. Fig. 4. R. K. Fig. 3. f.
(*m*) Id. Tab. 18. Fig. 4. Φ. Fig. 3. A.
(*n*) Id. Tab. 18. Fig. 3. a.
(*o*) Id. Tab. 18. Fig. 5. N.
(*p*) Id. Tab. 18. Fig. 3. a.
(*q*) Id. Tab. 18. Fig. 4. Q.

media eſt, & a vertebris ad proceſſus transverſos tendit. Tubercula (*r*) gibba & cartilagine cruſtata ſunt, eaque inhærent ſinibus proceſſuum transverſorum vertebrarum dorſi. Corpus, ab exteriore gibbum, ab interiore concavum, a dorſo in latera modice deorſum tendit (*s*), & retrorſum, donec curvamen (*t*) formet, quod in prima coſta fere tuberculo adſtat, ab eo vero in ſequentibus tanto magis diſtat, quo coſta ſitu eſt inferior; per latera tunc deorſum magis minusve procedit, dein recurvatur, &, cartilagineo fine inſtructum (*u*), ad os pectoris tendit (*v*); atque admittitur coſta prima a ſuperiore parte ſterni (*w*), ſic ut cum eo ferme concrescat, ſecunda in ſinum, qui inter primam & ſecundam partem eſt (*x*), tertia, quarta, quinta, ſexta ad ſinus in parte laterali ſecundi oſſis (*y*), ſeptima ad ſimilem in nexu ſecundi et tertii oſſis (*z*), ſic ut ſurſum duci poſſint, extrorſum converti, & cavitas thoracis ampliari, quem in finem ſtabilis ferme ſuperior eſt, ſubſequentes eo mobiliores, quo ſunt inferiores.

Cor-

(*r*) Veſal. Tab. 18. Fig. 4. M.
(*s*) Id. Tab. 8. Fig. 2.
(*t*) Id. Tab. 18. Fig. 2. ubi adſcripti numeri 1 — 12.
(*u*) Id. Tab 18. Fig. 3. B. E.
(*v*) Id. Tab. 18. Fig. 1. C. D. &c.
(*w*) Id. Tab. 18. Fig. 1. C. Fig. 6. 7. p.
(*x*) Id. Tab. 18. Fig. 1. D. Fig. 6. 7. u.
(*y*) Id. Tab. 18. Fig. 1. num. 3 — 6. Fig. 6. 7. x. y. z. α.
(*z*) Id. Tab. 18. Fig. 1. num. 7. Fig. 6. 7. β.

Corporis margo ſuperior in ſuperioribus acutus, in reliquis rotundulus. Ab interiore prope marginem inferiorem exſectum quaſi corpus eſt, ideſt, ſulcum quemdam habet, qui vaſis intercoſtalibus cedit.

DE COMPOSITIONE THORACIS.

Ex dorſi vertebris, ſterno, coſtis, totum thoracis cavum componitur; partim oſſeum, partim cartilagineum; longius a poſteriore & in lateribus, brevius ab anteriore; a ſuperiore anguſtum, deorſum inſigniter ampliatum, ima parte rurſus coarctatum; per longitudinem in medio per corpora vertebrarum diviſum, in medio hinc anguſtius, a lateribus capacius, æquabile totum.

Patet a ſuperiore, patet ab inferiore. Apertura ſuperior fit ex vertebra prima dorſi, coſtis primis, ſuperiore parte ſterni, ad quod claviculæ etiam accedunt. Inferior ex corpore ultimæ dorſi vertebræ, coſtis duodecimis, cartilaginibus ſpuriarum, inferiore parte ſterni. Sic factum ſuperiore parte cor, pulmones, recondit, defendit; a lateribus deorſum protenſum hypochondria munit, admittens, emittens, transmittensque partes varias: pectus denique format, dorſum, latera. Nexæ autem dicto modo, accedentibus præterea ligamentis, coſtæ & vertebris & ſterno ſunt,

ut

ut per muſculos, una cum ſterno moveri, totum cavum dilatari ex transverſo, in profundo, pro inſpiratione poſſet, in expiratione iterum anguſtari, ad quam mobilitatem coſtarum ſingularis ductus plurimum confert.

DE PELVI.

Cum oſſe ſacro (*a*), atque coccyge (*b*), Ossa Coxarum, aliis Innominata dicta (*c*) pelvim faciunt, quæ ima trunci pars eſt, femorum articulis ſedem idoneam etiam præbens.

DE OSSIBUS INNOMINATIS.

Coxarum ossa (*a*) dividuntur in partem ſuperiorem & poſteriorem, os ilium (*b*); inferiorem, os ischion (*c*); anteriorem, os pubis (*d*).

Os

(*a*) Veſal. Tab. 1. 2. 3. ab M. ad N. Tab. 17. Fig. 1. 2.
(*b*) Id. Tab. 1. 2. 3. N. Tab 17. Fig. 3.
(*c*) Id. Tab. 1. 2. 3. Θ. ο. π. ϱ. Tab. 24. Fig. 1. 2. 3.
(*a*) Id. Tab. 24. Fig. 1. 2. 3.
(*b*) Id. Tab. 24. Fig. 2. quicquid ſupra c. b. S. eſt, & in Fig. 3. ſupra S. N. c.
(*c*) Id. Tab. 24. Fig. 2. inter c. b. S. & V. r. Φ. Fig. 3. inter S. N. c. & V. r. Φ.
(*d*) Id. Tab. 24. Fig. 2. pars, quæ ad dextrum latus characterum V. ſ. r. Φ. conſiſtit, & in Fig. 3. ad ſiniſtrum latus V. r. Φ.

Os ILIUM, omnium ampliſſimum, margine (*e*) ſeu ſumma ora, quam ſpinam vocant, terminatur, hæc, ſemiorbiculata, a poſteriore craſſiſſima (*f*), in medio tenuior (*g*), a priore ſatis etiam craſſa (*h*), tum a priore (*i*), tum a poſteriore (*k*), in duo deſinit tubercula. Amplitudo hujus oſſis interior (*l*) dividitur in duas partes, poſteriorem, priorem. Poſterior (*m*) inæquabilis, tuberculata, cum ſacro committitur, & ultra illud os ſeſe extendit. Ut cum ſacro copulari poſſet, habet ſuperficiem (*n*) oblongam, latam, planiorem, cartilaginea cruſta obductam, accommodatam ſimili ſuperficiëi, in latere oſſis ſacri obviæ (*o*). Ultra hunc nexum craſſa, inæquabilis, & tuberculata, hæc pars eſt (*p*), & ad partem poſteriorem ſacri, pariter inæquabilem & ſinuatam (*q*), ligamenta emittit, quibus commiſſura hæc devincta &

(*e*) Veſal. Tab. 24. Fig. 1. S. P. R. L. R. Fig. 2. S. P. R. R. Q. Fig. 3. S. P. L. K. H. Q.
(*f*) Id. Tab. 24. Fig. 3. H. Q.
(*g*) Id. Tab. 24. Fig. 3. ad K.
(*h*) Id. Tab. 24. Fig. 3. P. L. Fig. 2. R. R P. Fig. 1. R. R.
(*i*) Id. Tab. 24. Fig. 1. 2. 3. S. P.
(*k*) Id. Tab. 24. Fig. 3. Q. & infra B.
(*l*) Id. Tab. 24. Fig. 3. S. P. L. K. H. Q. c. N. S.
(*m*) Id. Tab. 24. Fig. 3. H. A. B. Q. H.
(*n*) Id. Tab. 24. Fig. 3. A. B C. C. D. D.
(*o*) Id. Tab. 17. Fig. 2. O. O. N. N.
(*p*) Id. Tab. 24. Fig. 3. E. F. G. H. I.
(*q*) Id. Tab. 17. Fig. 2. P. Q.

& conſtricta tenetur. Prior pars (*r*), poſteriore major, deorſum parum protenſa, in os iſchium (*s*) deſinit, & conſtituit partem ſuperiorem oræ pelvis. Supra hanc oram ampliſſimum, glabrum, extrorſum curvatum, intrinſecus concavum (*t*), extrinſecus gibbum (*u*), in medio tenuiſſimum, imum abdominis latus facit, muſculis variis locum præbet, quorum notæ externæ ſuperficiëi etiam ſunt impreſſæ.

Os ischium oritur ab ilio parte ferme quadrangulari (*v*); vergit oblique deorſum, introrſum, antrorſum, infra deſinens in tuber (*w*) validum, ſedentis truncum ſuſtinens, poſteriora & inferiora verſus craſſeſcens, & inæquabile (*ww*); inde tenue os aſſurgit (*x*), cum partibus deſcendentibus oſſium pubis confluens. Non longe ab illo tubere poſteriora & ſuperiora verſus, eſt proceſſus iſchii acutus (*y*), inter quem & tuber ſinus (*z*) eſt, per ligamenta ſacro-iſchiadica

dica:

(*r*) Veſal. Tab. 24. Fig. 3. N. M. K. H K. L. P. S. N.
(*s*) Id. Tab. 24. Fig. 3. T. N. c.
(*t*) Id. Tab. 24. Fig. 3. N. M. K. K.
(*u*) Id. Tab. 24. Fig. 2. Q. R. R. P. a. b. c.
(*v*) Id. Tab. 24. Fig. 3. T. N. c.
(*w*) Id. Tab. 24. Fig. 2. 3. Φ.
(*ww*) Id. Tab. 24. Fig. 2. m. n. o.
(*x*) Id. Tab. 24. Fig. 2. 3. à Φ. ad τ.
(*y*) Id. Tab. 24. Fig. 2. 3. d.
(*z*) Id. Tab. 24. Fig. 2. 3. k.

dica in ligamentum mutatus. Qua ſpectat pelvim (*a*) os iſchion æquabile eſt, modice cavatum, ab exteriore profunde ſinuatum (*b*). Sinus hic, quem acetabulum vocant, maximus, fere rotundus, eſt, dividique poteſt in partes duas, alteram ſemilunarem quodammodo, cartilagine tectam (*c*), hinc æquabilem, alteram altius excavatam, aſperam (*d*), glandulæ muciparæ ſedem præbentem, & educentem ligamentum teres, quod capiti oſſis femoris inſigitur (*e*). Deficit acetabulum a parte priore (*f*), ut vaſa admittere poſſet, oræ autem defectum ſupplet cartilagineum quaſi ligamentum. Supra acetabulum ſinus eſt (*g*), viam præbens tendini Pſoæ magni & Iliaci interni. Inter oſſis ilii partem poſteriorem & os iſchium inſignis hiatus eſt (*h*), qui per ligamenta ſacro-iſchiadica, quorum alterum a ſacro in tuber iſchii, alterum in ejus proceſſum acutum tendit, in foramen mutatur.

Pubis os conſtat corpore (*i*), & duobus cruribus (*k*); cor-

(*a*) Veſal. Tab. 24 Fig. 3. inter O. N. c. d. k. o. r.
(*b*) Id. Tab. 24. Fig. 1. 2. e. f. g.
(*c*) Id. Tab. 24. Fig. 1. 2. e. f.
(*d*) Id. Tab. 24. Fig. 1. 2. g.
(*e*) Id. Tab. 25. Fig. 1. B.
(*f*) Id. Tab. 24. Fig. 1. 2. h.
(*g*) Id. Tab. 24. Fig. 1. 2. 3. T.
(*h*) Id. Tab 24. Fig. 2. d. c. Q. Fig. 3. d. c B.
(*i*) Id. Tab. 24. Fig. 1. 2. inter r. & u.
(*k*) Id. Tab. 24. Fig. 1. 2. 3. V. t.

corpus extrinſecus & intrinſecus depreſſum, ſinuatum, in planitiem (*l*) aſperam, cum altero oſſe pubis committendam, deſinit. In hoc corpus tendunt duo crura. Superius ab iſchio in pubem procedit (*m*), ab anteriore inæquabile, per longitudinem inſignem habet eminentiam (*n*), a priore in tuberculum terminatam (*o*); ab interiore æquabilius partem oræ ſuperioris pelvis facit (*p*). Inferius (*q*) ex corpore oblique retrorſum & extrorſum tendit, ad tuber iſchii (*r*), ac inter confluentia iſchii ac pubis oſſa foramen (*s*) relinquitur, ferme ovatum, membrana clauſum, ſic tamen, ut apertura ſemper remaneat, ad ſuperiorem & anteriorem partem, hunc in finem exſectam (*t*); per quod Obturatores nervi & vaſa hujus nominis progrediuntur.

(*l*) Veſal. Tab. 24. Fig. 1. 2. 3. u. Tab. 1. ξ.
(*m*) Id. Tab. 24. Fig. 1. 2. V. u.
(*n*) Id. Tab. 24. Fig. 1. 2. V.
(*o*) Id. Tab. 24. Fig. 1. 2. prope u.
(*p*) Id. Tab. 24. Fig. 3. O.
(*q*) Id. Tab. 24. Fig. 1. 2. 3. t.
(*r*) Id. Tab. 24. Fig. 2. 3. Φ.
(*s*) Id. Tab. 24. Fig. 1. 2. 3. r.
(*t*) Id. Tab. 24. Fig. 3. ſ.

DE COMPOSITIONE PELVIS.

Componitur Pelvis ex oſſibus Innominatis, Sacro, atque Coccyge (*a*). Siſtit autem hæc cavum magnum, fere orbiculare, interruptum, intrinſecus æquabile. Nectuntur dicta oſſa per cartilagines, in quoque nexu duas (*b*), & per ligamenta.

Patet pelvis a ſuperiore & ab inferiore. A ſuperiore, ubi imum quaſi abdominis additamentum eſt, cum hoc continuatur. Ab inferiore multis muſculis clauditur, ſic tamen, ut fœcum urinæque emiſſaria, in fœminis præterea vagina, pateant. Ora pelvis ſuperior fit ex prima ſacri vertebra, & margine, quodammodo rotundulo, a ſacro per ilium, iſchium, & pubis os ſeſe extendente. Supra hunc in latera oſſa ilium multum recedunt. Ora inferior fit ex coccyge, ligamentis ſacro-iſchiadicis, tuberibus oſſium iſchiorum, ramis deſcendentibus oſſium pubis, & horum oſſium articulo.

In ora ſuperiore transverſa aut obliqua diameter longior, bre-

(*a*) Prolixiorem deſcriptionem horum omnium dedi in Diſſ. de pelvi, ejusque in partu dilatatione in Theſaur. Diſſert. vol. 3. pag. 171.

(*b*) Deſcriptæ hæ cartilagines, una cum ligamentis, ſunt in citata Diſſert. Theſaur. Diſſert. vol. 3. pag. 179. Conf. Obſervat. Anatom. Patholog. Lib. II. pag. 53. ſeq. Lib. IV. pag. 20.

brevior, quæ inter os ſacrum & pubis eſt. In ora inferiore major diſtantia eſt inter pubem, & coccygem depreſſum, minor inter tubera oſſium iſchiorum. Intrinſecus cavum totum æquabile eſt. Cum nunc ligamenta ſacro-iſchiadica ab oſſe ſacro in proceſſum acutum iſchii, & in tuber hujus oſſis tendunt, ab utroque latere duo formantur foramina, alterum majus, alterum minus. Majus inter os ſacrum, ilium, iſchium, & dictum ligamentum eſt, & transmittit nervum iſchiadicum, arteriam, venam; minus inter ſimile ligamentum, proceſſum acutum & tuber iſchii, per hoc ex pelvi prodit Obturator internus muſculus, qui inflectitur ad marginem dicti tuberis. Adeſt & tertium foramen inter os iſchium & pubis, membrana clauſum, cui Obturatores muſculi accumbunt, & in hujus ſumma parte ſinus oblongus eſt, ſub oſſe pubis oblique in exteriora tendens, vaſa, nervum, transmittens.

DE ARTUBUS.

Artus ſunt inferiores & ſuperiores: Quisque ex diverſis oſſibus ſingulari modo invicem nexis componitur.

DE ARTU INFERIORE.

Ad inferiorem artum pertinent Femur (*a*); Crus, ex Tibia (*b*), Patella (*c*), Fibula (*d*), compoſitum; & pes extremus (*e*).

DE FEMORE.

Femoris os (*a*), craſſum, valens, firmum, dividi poteſt in partem ſuperiorem (*b*), mediam (*c*), inferiorem (*d*). Ad partem ſuperiorem pertinet caput (*e*), collum (*f*), trochanteres (*g*). Caput magnum, globoſum,

(*a*) Veſal. Tab. 1. 2. 3. A. Tab. 25. Fig. 1. 2.
(*b*) Id. Tab. 1. 2. 3. Φ. Tab. 26. Fig. 3. 4.
(*c*) Id. Tab. 1. 2. 3. Ξ. Tab. 25. Fig. 3. 4.
(*d*) Id. Tab. 1. 2. 3. Ψ. Tab. 26. Fig. 5. 6.
(*e*) Id. Tab. 1. 2. 3. Ω. a—k. Tab. 27. Fig. 1. 2.
(*a*) Id. Tab. 25. Fig. 1. 2.
(*b*) Id. Tab. 25. Fig. 2. A. C. D. Y. X. V. Q. Fig. 1. B. A. C. D. E. Y. S. Q.
(*c*) Id. Tab. 25. Fig. 2. inter f. & G. Fig. 1. T. T. c. c. d. d. e.
(*d*) Id. Tab. 25. Fig. 2. G. N. F. H. E. Fig. 1. K. M. P. O. E. G. I. L. N. F.
(*e*) Id. Tab. 25. Fig. 1. 2. A. A.
(*f*) Id. Tab. 25. Fig. 1. 2. D. D.
(*g*) Id. Tab. 25. Fig. 1. 2. Q. R. S. X. Y. Fig. 1. 2. a. b.

ſum, cartilagine lævi incruſtatum, oblique poſitum (*h*), id eſt, ſurſum introrſumque tendens, magnitudine & figura cum acetabulo (*i*) congruens, intra illud admittitur, illique alligatur per ligamentum teres, quod firmiter adhæret ab altera parte acetabulo, ab altera ſinui profundo, inæquabili, qui in dicto capite eſt (*k*). Cervix (*l*) a capite oblique in exteriora procedit, magis magisque craſſeſcens, & ſic in corpus oſſis terminatum, ut illud ab eo, angulo obtuſo facto, deorſum tendat. Huic cervici, & quidem eminentiæ (*m*) ejus oblongæ, aſperæ, capſa adhæret, quæ ab acetabuli margine procedit, & totum articulum complectitur. Ad extremam cervicem ab exteriore parte conſpicitur trochanter major (*n*), qui, ab exteriore gibbus, & inæquabilis (*o*), ab interiore inæquabiliter ſinuatus (*p*). A poſteriore autem & inferiore parte extremæ cervicis eſt trochanter minor (*q*), oblongus, gibbus, nonnihil introrſum ten-

(*h*) Veſal. Tab. 25. Fig. 1. 2. A. A.
(*i*) Id. Tab. 24. Fig. 1. e. f.
(*k*) Id. Tab. 25. Fig. 1. B.
(*l*) Id. Tab. 25. Fig. 1. 2. D. D.
(*m*) Id. Tab. 25. Fig. 2. f.
(*n*) Id. Tab. 25. Fig. 1. 2. Q. R. S. X. Y.
(*o*) Id. Tab. 25. Fig. 1. S. Y. Fig. 2. V. X. Y.
(*p*) Id. Tab. 25. Fig. 1. R.
(*q*) Id. Tab. 25. Fig. 1. 2. *a*.

tendens. Corpus (*r*) oſſis per longitudinem incurvum eſt, a priore gibbum, a poſteriore concavum, oblique deſcendens verſus alterius lateris femur. Primo quaſi teres, medio loco intumeſcere incipit (*s*), & ab inferiore lateſcit (*t*), ſic ut duæ ſuperficies, per eminentias diſtinctæ (*u*), a poſteriore conſpiciendæ, in triangularem, planam, ſuperficiem (*v*) terminentur. Partem inferiorem conſtituunt condyli duo (*w*), inſigniter craſſi, oblongi, a priore parte ad poſteriorem ultra femur porrecti (*x*), a parte poſteriore diducti (*y*) per transverſum, & per longitudinem gibbi, ab inferiore planiores, a poſteriore ſurſum incurvati, cartilaginea cruſta obducti; exterior (*z*) minor, interior (*a*) plenior, magis gibbus. Inſident hi ſinibus, qui in parte ſuperiore tibiæ ſunt. Ubi hi condyli a priore confluunt, ſinus eſt, amplus, patulus, æque ac condyli cartilagine incruſtatus (*b*). Ad hunc patella movetur, cum genu flectimus

(*r*) Veſal. Tab. 25. a poſteriore Fig. 1. T. T. c. c. d. d. e. a priore Fig. 2. inter f. & g.
(*s*) Id. Tab. 25. Fig. 1. ad d.
(*t*) Id. Tab. 25. Fig. 1. a d. deorſum.
(*u*) Id. Tab. 25. Fig. 1. T. T. & c. c. d.
(*v*) Id. Tab. 25. Fig. 1. e.
(*w*) Id. Tab. 25. Fig. 1. 2. E. F.
(*x*) Id. Tab. 25. Fig. 1. P. O. E.
(*y*) Id. Tab. 25. Fig. 1. inter E. & F.
(*z*) Id. Tab. 25. Fig. 1. 2. F. F.
(*a*) Id. Tab. 25. Fig. 1. 2. E. E.
(*b*) Id. Tab. 25. Fig. 2. H.

mus & extendimus. A poſteriore condylorum ſinus (*c*) multo amplior eſt, ibique magno intervallo disjuncti condyli ſunt.

DE TIBIA.

Tibiæ (*a*) pars ſuperior, inſigniter tumens, vertice ſuo (*b*) condylos oſſis femoris (*c*) recipit; hunc in finem duos ſinus (*d*) habet, ovatos, interiorem (*e*) profundiorem, medio ſuo fundo rotundiorem, exteriorem (*f*) in medio leviſſime ſinuatum, a priore & a poſteriore quodammodo gibbum, utrumque lævi cartilagine tectum, ſic ut femur iis inſiſtere poſſit, genu autem flecti, extendi, & tibia, genu ad angulum rectum flexo, ad femur maxime extrorſum converti, & reſtitui poſſit. Dicti ſinus per mediam eminentiam, ferme duplicem (*g*), diſtinguuntur; redduntur autem ampliores per cartilagines ſemilunares (*h*), quæ extrinſecus craſſæ (*i*), mediam tibiam verſus procedendo extenuatæ, & in

(*c*) Veſal. Tab. 25. Fig. 1. I.
(*a*) Id. Tab. 26. Fig. 1. 2. 3. 4. 7.
(*b*) Id. Tab. 26. Fig. 7.
(*c*) Id. Tab. 26. Fig. 1. 2 E. F.
(*d*) Id. Tab. 26. Fig. 2. 4. 7. F. G.
(*e*) Id. Tab. 26. Fig. 7. F.
(*f*) Id. Tab. 26. Fig. 7. G.
(*g*) Id. Tab. 26. Fig. 2. 4. I. K. Fig. 7. H. I. K.
(*h*) Id. Tab. 26. Fig. 8 Morgagni Adverſar. Anatom. 2. Fig. 4. C. D. Weitbrecht Syndesmolog. Tab. 21. Fig. 36.
(*i*) Veſal. Tab. 26. Fig. 8. N. N.

& in acutum deſinentes (*k*), cornubus ſuis (*l*) in fibroſa ligamenta terminantur, & mediæ inter ſinus inæquali parti tibiæ nectuntur. Nexum autem firma ligamenta varia vinciunt, præter capſam membranaceam, totum genu ambientem (*m*). A parte tibiæ eadem & ſuperiore & priore & media protuberantia (*n*) eſt, quæ ligamentum patellæ admittit. A latere exteriore ſuperficies (*o*) eſt, cartilagine obducta, cum qua committitur caput fibulæ (*p*). Rectius deorſum procedens tibia inſigniter gracileſcit (*q*), in tres ſuperficies per medias aſperas lineas dividitur. Interna (*r*) ampla eſt & inſigniter gibba, ſolis ferme integumentis tecta; exterior (*s*) ampla, planior, & fere ſinuata; poſterior (*t*) non valde depreſſa, ſed gibba. Ab inferiore parte rurſus intumeſcit tibia (*u*), ibique deſinit in ſinum (*v*) am-

(*k*) Veſal. Tab. 26. Fig. 8. O. O.
(*l*) Morgagni loc. cit. Fig. 5. e. e.
(*m*) Conf. Weitbrecht. Tab. 19. 20. 21.
(*n*) Veſal. Tab. 26. Fig. 1. 3. B.
(*o*) Id. Tab. 26. Fig. 4. R.
(*p*) Id. Tab. 26. Fig. 1. C. Fig. 2. V.
(*q*) Id. Tab. 26. Fig. 3. ab I. ad δ. ε. inf. Fig. 4. ab F. G. ad δ. ε. inf
(*r*) Id. Tab. 26. Fig. 1. 3. η. inter γ. γ. ε. ε.
(*s*) Id. Tab. 26. Fig. 1. 2. ζ. inter γ. γ. δ. δ.
(*t*) Id. Tab. 26. Fig. 2. 4. θ. inter δ. δ. ε. ε.
(*u*) Id. Tab. 26. Fig. 3. 4. a δ ε. inf. deorſum.
(*v*) Id. Tab. 26. Fig. 9. 10. f. d. e.

amplum, quodammodo quadrangulum, a priore ad poſteriora concavum, lævi cartilagine incruſtatum, & ad ſummam tali partem (*w*) egregie accommodatum. Tota autem inferior tibiæ pars non in hunc ſinum deſinit, ſed ab interno latere procurrit in proceſſum (*x*) amplum, craſſum, valentem, qui ad latus tali internum (*y*) admovetur; huicque ſua ſe ſuperficie accommodat, formans ſic malleolum internum, dum externus a fibula fit, quæ ad latus externum, amplum, ſinuatum (*z*) tibiæ accedit, & ultra illud aliquantum deſcendit. Sunt denique in poſteriore & ima parte tibiæ ſinus (*), juxta quos muſculorum tendines decurrunt.

DE PATELLA.

Ad articulum genu pertinet PATELLA (*a*), os parvum, orbiculare, craſſum, durum. Soluta per ſe, ligamento longo, lato, craſſo, imæ & in mucronem deſinenti parti (*b*) inſerto, nectitur protuberantiæ, quæ eſt in ſuperiore, prio-

(*w*) Veſal. Tab. 27. Fig. 3. 5. 6. A. B. C. D.
(*x*) Id. Tab. 26. Fig. 9. 10. i.
(*y*) Id. Tab. 27. Fig. 5. G.
(*z*) Id. Tab. 26. Fig. 4. 10. S.
(*) Id. Tab. 26. Fig. 2. 4. 10. m.
(*a*) Id. Tab. 25. Fig. 3. 4.
(*b*) Id. Tab. 25. Fig. 4. E.

priore, & media parte tibiæ (*c*), & innectitur cum iſto ligamento capſæ, genu ambienti (*d*). Inſeruntur ipſi muſculi, genu extendentes. A poſteriore parte (*e*), qua ad femur adplicatur, lata eſt, lenis, lævi cartilagine tecta, & congruit intervallo capitum femoris (*f*), ad quod movetur; latera hinc habet ampliora, & leviter ſinuata (*g*), præcipue exterius (*h*), hæc autem a ſe invicem per mediam eminentiam (*i*) oblongam diſtinguuntur.

DE FIBULA.

Fibulæ (*a*) caput ſuperius (*b*) habet ſuperficiem amplam, leviter ſinuatam, cartilagine tectam (*c*), tibiam reſpicientem, ei adplicatam (*d*), & ligamentis religatam. Ab hoc capite deorſum procedit (*e*), a tibia disjunctum (*f*), cor-

(*c*) Veſal. Tab. 26. Fig. 1. 3. B.
(*d*) Weitbrecht Syndesmolog. Tab. 20. Fig. 60.
(*e*) Veſal. Tab. 25. Fig. 4.
(*f*) Id. Tab. 25. Fig. 2. G. H.
(*g*) Id. Tab. 25. Fig. 4. C. D.
(*h*) Id. Tab. 25. Fig. 4. D.
(*i*) Id. Tab. 25. Fig. 4. A. B.
(*a*) Id. Tab. 26. Fig. 5. 6.
(*b*) Id. Tab. 26. Fig. 1. 5. C.
(*c*) Id. Tab. 26. Fig. 5. Q.
(*d*) Id. Tab. 26. Fig. 2. V. Fig. 4. R.
(*e*) Id. Tab. 26. Fig. 1. 2. 5. 6.
(*f*) Id. Tab. 26. Fig. 1. 2.

corpus oſſis, primo rectius, dein verſus tibiam recurvatum, cum qua medio ligamento lato, tenui, conjungitur (*g*). Hoc corpus quaſi triangulum & varie compreſſum, habet latus internum (*h*), externum (*i*), & poſterius (*k*). Verſus inferiora procedens plenius os fit, & recipitur in ſinum (*l*), qui eſt a latere externo tibiæ, ultra tibiam procedit, & caput inferius (*m*) format, quod ſiſtit malleolum externum, qui, ut internus (*n*), extrinſecus gibbus, ab interiore ſuperficiem (*o*) amplam habet, æquabilem, ad latus tali internum (*p*) accommodatam. Eſt & ad poſteriorem malleoli externi partem ſinus (*q*), juxta quem tendines incedunt.

(*g*) Weitbrecht Syndesmolog. pag. 155.
(*h*) Veſal. Tab. 26. Fig. 1. & 5. x. x. inter ſ. ſ. t. t.
(*i*) Id. Tab. 26. Fig. 1. 5. α. α. inter ſ. ſ. u. u.
(*k*) Id. Tab. 26. Fig. 2. 6. β. β. inter t. t. u. u.
(*l*) Id. Tab. 26. Fig. 4. 10. S. Fig. 2. X.
(*m*) Id. Tab. 26. Fig. 1. E. Fig. 2. 5. 6. & 9. n.
(*n*) Id. Tab. 26. Fig. 3. 4. i.
(*o*) Id. Tab. 26. Fig. 11. h.
(*p*) Id. Tab. 27. Fig. 6. H.
(*q*) Id. Tab. 26. Fig. 2. 6. q. q.

DE PEDE EXTREMO.

Componunt pedem extremum Tarſus (*a*), Metatarſus (*b*), Digiti (*c*).

DE TARSO.

In Tarſo dantur Calcaneus (*a*), Talus (*b*), Naviculare (*c*), Cuneiformia tria, majus (*d*), minus (*e*) medium (*f*), Cubiforme (*g*).

DE CALCANEO.

Maximum oſſium tarſi, oblongum, CALCANEUS (*a*), incipit tubere (*b*), quod calcem format, parte ſua poſtica inæ-

(*a*) Veſal. Tab. 1. 2. 3. Ω. a. b. c. c. d. e. f. g. Tab. 27. Fig. 1. 2. Γ. Δ Θ. 1. 2. 3. 4.
(*b*) Id. Tab. 1. 2. 3. h. h. Tab. 27. Fig. 1. 2. I—V.
(*c*) Id. Tab. 1 2. 3. i. i. Tab. 27. Fig. 1. 2. Λ. Ξ.
(*a*) Id. Tab. 2. 3. a. Tab. 27. Fig. 1. 2. Δ. Fig. 7. 8. 9.
(*b*) Id. Tab. 1. 2. 3. Ω. Tab. 27. Fig. 1. 2. Γ. Fig. 3. 4. 5. 6.
(*c*) Id. Tab. 1. 2. b. Tab. 27. Fig. 1. 2. Θ. Fig. 10. 11.
(*d*) Id. Tab. 1. 2. d. Tab. 27. Fig. 1. 2. 12. 13. ad num. 1.
(*e*) Id. Tab. 1. 2. 3. e. Tab. 27. Fig. 1. 2. 12. 13. ad num. 2.
(*f*) Id. Tab. 1. 2. 3. f. Tab. 27. Fig. 1. 2. 12. 13. ad num. 3.
(*g*) Id. Tab. 1. 2. 3. g. Tab. 27. Fig. 1. 2. 12. 13. ad num. 4.
(*a*) Id. Tab. 27. Fig. 7. 8. 9.
(*b*) Id. Tab. 27. Fig. 2. 8. 9. c.

inæquabili tendinem achillis excipit (*c*), inferiore, latiore, & planiore (*d*) terræ inſiſtit. Inde anguſtatur, ab exteriore latere (*e*) amplus, planior, inæquabilis, ab interiore (*f*) inſigniter ſinuatus, ab inferiore primo ſinuatus (*g*), dein tuberculatus (*h*). Procurrens in gracilius extremum (*i*) deſinit, habetque ſuperficiem (*k*) amplam, æquabilem, planiorem, ad ſuperficiem in parte poſteriore cubiformis (*l*) accommodatam, & cum ea nexam (*m*). A ſuperiore habet caput magnum (*n*), oblongum, per longitudinem gibbum, deorſum, & oblique in exteriora exporrectum, cartilaginea cruſta tectum, hoc in ſinum tali (*o*) recipitur. Ante hoc caput profundus ſinus (*p*) eſt, qui imum tali tuberculum (*q*) admittit, porro totum os profunde quaſi ex-

ſectum

(*c*) Veſal. Tab. 27. Fig. 8. 9. c.
(*d*) Id. Tab. 27. Fig. 2. Y. Fig. 8. Y. Fig. 9. Z.
(*e*) Id. Tab. 27. Fig. 9. f. g.
(*f*) Id. Tab. 27. Fig. 8. d. e.
(*g*) Id. Tab. 27. Fig. 2. X.
(*h*) Id. Tab. 27. Fig. 2. ante X.
(*i*) Id. Tab. 27. Fig. 8. ante R. V. & Fig. 9. ante R. g.
(*k*) Id. Tab. 27. Fig. 7. 9. i.
(*l*) Id. Tab. 27. Fig. 13. x.
(*m*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter g. & 4.
(*n*) Id. Tab. 27. Fig. 7. 8. 9. P.
(*o*) Id. Tab. 27. Fig. 4. Q.
(*p*) Id. Tab. 27. Fig. 7. 8. 9. ſtatim ante P.
(*q*) Id. Tab. 27. Fig. 4. inter Q. & T. T.

ſectum (*r*) eſt. In latus internum, & ſimul oblique in priora procedit ſuſtentaculum cervicis tali (*s*), quod ad illam (*t*) recipiendam duos ſinus (*u*) habet, cartilagine obductos, media exſecta parte diſtinctos. Hoc ſuſtentaculum facit, ut latus internum maxime ſit ſinuatum.

DE TALO.

Talus (*a*) habet corpus (*b*), cervicem (*c*), caput (*d*). Corpus a ſuperiore tuber (*e*) ſiſtit, magnum, quodammodo quadrangulum, a priore latius, a poſteriore anguſtius, a ſuperiore verſus poſteriora gibbum, per transverſum in medio leviter ſinuatum (*f*), ad utrumque latus gibbum (*g*), ſeſe accommodans ad ſinum in parte inferiore tibiæ (*h*). Ab hoc tubere duo latera deſcendunt, internum (*i*), ſua ſuper-

(*r*) Veſal. Tab. 27. Fig. 7. 8. 9. ante P. V. R.
(*s*) Id. Tab. 27. Fig. 7. 8. 9. R. Fig. 2. e.
(*t*) Id. Tab. 27. Fig. 4. S.
(*u*) Id. Tab. 27. Fig. 7. R. h.
(*v*) Id. Tab. 27. Fig. 2. 8. d. e.
(*a*) Id. Tab. 27. Fig. 3. 4. 5. 6.
(*b*) Id. Tab. 27. Fig. 3. 5. 6. A. B. C. D. Fig. 4. Q
(*c*) Id. Tab. 27. Fig. 3. 5. 6. N. Fig. 4. N. S.
(*d*) Id. Tab. 27. Fig 3. 4. 5. 6. O.
(*e*) Id. Tab. 27. Fig. 3. 4. 5. 6. A. B. C. D.
(*f*) Id. Tab. 27. Fig 3. E. E.
(*g*) Id. Tab. 27. Fig. 3. F. F.
(*h*) Id. Tab. 26. Fig. 9. 10. d. e. f.
(*i*) Id. Tab. 27. Fig. 5. G.

perficie ſeſe applicantem proceſſui tibiæ (*k*), qui malleolum internum ſormat, externum (*l*), congruentem cum malleolo externo (*m*), quem fibula facit. Ad poſterio-rem partem dicti tuberis ſinuatus talus (*n*), ut tendines juxta eundem decurrere poſſent. Ab inferiore parte corpus ſinuatum (*o*) eſt, ut recipiat caput calcanei (*p*); ſinus amplus, oblongus eſt, per longitudinem concavus, deorſum, extrorſum, oblique exporrectus, congruens cum capite calcanei. Ad extremum hunc ſinum proceſſus (*q*) eſt, paulatim gracilescens, qui ſinui calcanei (*r*) inſidet. — Cervix lata (*s*), craſſa, in priora & introrſum tendens, parte ſua inferiore tuberculum (*t*) habet, ovatum, ſeſe ad duplicem ſinum (*u*) in ſuſtentaculo ſuo, quod in calcaneo eſt, accommodantem, licet cervix partim etiam priori parti calcanei innitatur (*v*). — Deſinit deni-

que

(*k*) Veſal. Tab. 26. Fig. 9. g. i.
(*l*) Id. Tab. 27. Fig. 6. H.
(*m*) Id. Tab. 26. Fig. 9. k.
(*n*) Id. Tab. 27. Fig. 6. L. M.
(*o*) Id. Tab. 27. Fig. 4. Q.
(*p*) Id. Tab. 27. Fig. 7. 8. 9. P.
(*q*) Id. Tab. 27. Fig. 6. K.
(*r*) Id. Tab. 27. Fig. 7. mox ante P.
(*s*) Id. Tab. 27. Fig. 3. 4. 5. 6. N.
(*t*) Id. Tab. 27. Fig. 4. S.
(*u*) Id. Tab. 27. Fig. 7. R. h.
(*v*) Id. Tab. 27. Fig. 7. ante P. V. V.

que cervix in caput (*w*) magnum, gibbum, cartilagine tectum, quod maximam partem admittitur ab oſſe naviculari (*x*), dum reliquæ parti (*y*) ligamentum, a calcaneo ad naviculare tendens, adhæret.

DE NAVICULARI.

Naviculare (*a*), latus internum & pro parte dorſum pedis (*b*) formans, a parte poſteriore profunde ſinuatum (*c*) eſt, ut cum capite tali (*d*) articulari poſſet; a parte anteriore habet tres ſuperficies (*e*), cartilagine tectas, accommodatas ad partes poſteriores trium cuneiformium (*f*). A latere interiore deſinit in tuberculum (*g*), terræ inſiſtens; ab exteriore connectitur pro parte parva cum cubiformi (*h*).

(*w*) Veſal. Tab. 27. Fig. 3. 4. 5. 6. O.
(*x*) Id. Tab. 27. Fig. 11. k.
(*y*) Id. Tab. 27. Fig. 2. r.
(*a*) Id. Tab. 27. Fig. 10. 11.
(*b*) Id. Tab. 27. Fig. 1. Θ.
(*c*) Id. Tab. 27. Fig. 11. k.
(*d*) Id. Tab. 27. Fig. 3. 4. 5. 6. O.
(*e*) Id. Tab. 27. Fig. 10. l. m. n.
(*f*) Id. Tab. 27. Fig. 13. ſ. t. u. Fig. 1. Θ. 1. 2. 3.
(*g*) Id. Tab. 27. Fig. 2. Θ.
(*h*) Id. Tab. 27. Fig. 2. inter Θ. & γ. 4. Fig. 11. p. Fig. 13. γ.

DE

DE CUNEIFORMIBUS.

Cuneiformia tria ſunt, majus (*a*) ſeu primum; minus (*b*) ſeu ſecundum; medium magnitudine (*c*), ſitu tertium.

Majus, a latere interno pedis ſitum, ſuperiore parte ad dorſum pedis etiam pertinens (*d*), inferiore ad plantam, ibique tuberculatum (*e*), poſteriore ſua ſuperficie (*f*), ſeſe ad primam in Naviculari (*g*) accommodante, cum hac nectitur (*h*), anteriore (*i*) cum capite poſteriore oſſis metatarſi pollicis (*k*), exteriore cum Cuneiformi minore (*l*), & cum parte laterali interna capitis poſterioris oſſis metatarſi ſecundi (*m*). Omnes illæ ſuperficies, quæ ſeſe attingunt, figura ſua ſe ſibi invicem accommodant, & cartilaginea cru-

ſta

(*a*) Veſal. Tab. 27. Fig. 12. 13. num. 1.
(*b*) Id. Tab. 27. Fig. 12. 13. num. 2.
(*c*) Id. Tab. 27. Fig. 12. 13. num. 3.
(*d*) Id. Tab. 27. Fig. 1. ad num. 1.
(*e*) Id. Tab. 27. Fig. 2. ad num 1.
(*f*) Id. Tab. 27. Fig. 13. 1. ſ.
(*g*) Id. Tab. 27. Fig. 10. l.
(*h*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter Θ. & 1.
(*i*) Id. Tab. 27. Fig. 12. i. ι.
(*k*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter 1. & I.
(*l*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter 1. & 2.
(*m*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter 1. & inter partem oſſis II., quæ mox ſupra 2.

ſta obductæ ſunt, quod de omnium illorum oſſium nexu ſemel monuiſſe ſufficiat.

Minus, ſeu ſecundum, ſuperiore parte dorſum pedis format (*n*), inferiore in acutum mucronem deſinit (*o*), ad plantam pertinet (*p*), ſed inter primum & tertium ſeſe recondit (*q*), poſteriore parte, ſuperficie cartilaginea (*r*), ſeſe ad ſecundam ſuperficiem, in oſſe Naviculari notatam (*s*), accommodat, & cum ea jungitur (*t*); priore (*u*) cum capite poſteriore oſſis metatarſi ſecundi (*v*); laterali interna cum oſſe cuneiformi primo (*w*); laterali externa cum cuneiformi tertio (*x*).

Medium, ſeu tertium, præcedenti longius, ſuperiori parte pariter ad dorſum (*y*) pedis pertinet, inferiore acutiore ad plantam (*z*); poſteriori (*a*) connectitur cum Navi-

(*n*) Veſal. Tab. 27. Fig. 1. num. 2.
(*o*) Id. Tab. 27. Fig. 13. 2. t. Fig. 12. 2. x.
(*p*) Id. Tab. 27. Fig. 2. num. 2.
(*q*) Id. Tab. 27. Fig. 2. num. 1. 3.
(*r*) Id. Tab. 27. Fig. 13. 2. t.
(*s*) Id. Tab. 27. Fig. 10. m.
(*t*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter Θ. & 2.
(*u*) Id. Tab. 27. Fig. 12. 2. x.
(*v*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter 2. & 11.
(*w*) Id. Tab. 27. Fig. 1. 12. 13. inter 2. & 1.
(*x*) Id. Tab. 27. Fig. 1. 12. 13. inter 2. & 3.
(*y*) Id. Tab. 27. Fig. 1. num. 3.
(*z*) Id. Tab. 27. Fig. 2. num. 3.
(*a*) Id. Tab. 27. Fig. 13. num. 3. u.

Navicularis oſſis ſuperficie tertia (*b*); priore (*c*) cum capite poſteriore metatarſi tertii (*d*); laterali interna cum Cuneiformi minori (*e*), & parte laterali externa capitis poſterioris metatarſi ſecundi (*f*); latere exteriore cum cubiformi (*g*), & latere interiore capitis poſterioris metatarſi tertii (*h*).

DE CUBIFORMI.

Cubiforme (*a*), majus Cuneiformibus, ſua ſuperiore parte dorſum, dein latus externum pedis (*b*), facit; inferiore lata ſatis & tuberculata & ſinuata plantam (*c*); parte poſteriore ampla (*d*), & congruente cum priore ſuperficie calcanei (*e*), cum ea nectitur (*f*); modice extrorſum & antrorſum procedens habet a priore ſuperficiem amplam, in

(*b*) Veſal. Tab. 27. Fig. 10. n.
(*c*) Id. Tab. 27. Fig. 12. num. 3. λ.
(*d*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter 3. & III.
(*e*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter 3. & 2.
(*f*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter 3. & II.
(*g*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter 3. & 4.
(*h*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter 3. & IIII.
(*a*) Id. Tab. 27. Fig. 12. 13. num. 4.
(*b*) Id. Tab. 27. Fig. 1. num. 4.
(*c*) Id. Tab. 27. Fig. 2. num. 4. ζ. κ.
(*d*) Id. Tab. 27. Fig. 13. κ.
(*e*) Id. Tab. 27. Fig. 7. 9. i.
(*f*) Id. Tab. 27. Fig. 2. inter 4. & Δ.

in duas minores diviſam (*g*), quæ cohæret cum parte poſteriore oſſis metatarſi quarti (*h*) & quinti (*i*); parte laterali interna primo nectitur cum Naviculari (*k*), deinde cum parte poſteriore & ſuperiore & laterali externa oſſis Cuneiformis tertii (*l*).

DE METATARSO.

Quinque ſunt Metatarsi oſſa (*a*). Hæc, alia juxta alia poſita, oblonga, gracilia, inter tarſum (*b*) & digitos (*c*) media, capita priora habent oblonga, a lateribus depreſſa (*d*), per longitudinem gibba, a ſuperiore parte ad priorem per imam & poſteriorem orbiculata. Hoc caput in primo oſſe (*e*) maximum. Conjunguntur hæc capita, quæ terræ etiam innituntur, cum ſinibus, qui ſunt in capitibus poſterioribus oſſium digitorum primi ordinis (*f*), mobili articu-

(*g*) Veſal. Tab. 27. Fig. 12. α. β.
(*h*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter 4. & IIII.
(*i*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter 4. & V.
(*k*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter 4. & Θ. Fig. 12. 13. γ.
(*l*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter 4. & 3.
(*a*) Id. Tab. 27. Fig. 1. 2. I. II. III. IIII. V.
(*b*) Id. Tab. 27. Fig. 1. ad num. 1. 2. 3. 4.
(*c*) Id. Tab. 27. Fig 1. Λ. Ξ.
(*d*) Id. Tab. 27. Fig. 1. 2. ξ. ξ.
(*e*) Id. Tab. 27. Fig. 1. I.
(*f*) Id. Tab. 27. Fig. 1. I. ξ. φ.

ticulo, & ultra partem, huic nexui inſervientem, varia inveniuntur tubercula, quæ ligamentis ortum & inſertionem præbent. Inde verſus poſteriora procedunt oſſa hæc, lateribus compreſſa (*g*), a ſuperiore latiora (*h*), ab inferiore exſecta quaſi (*i*). Capita autem poſteriora craſſa ſunt & inæqualia, & conjunguntur cum oſſibus tarſi, tribus Cuneiformibus, & Cubiformi; primum (*k*) ſuperficie oblonga, obliqua, ſinuata, cum cuneiformi primo: ſecundum ſuperficie anguſtiori & plana, quæ in parte poſteriore eſt, cum cuneiformi ſecundo (*l*); parte laterali interna cum Cuneiformi primo (*m*); laterali externa cum Cuneiformi tertio (*n*): tertium cum Cuneiformi tertio (*o*): quartum parte poſteriore cum Cubiformi (*p*), & laterali interna cum Cuneiformi tertio (*q*): quintum cum ſuperficie ſecunda in parte priore Cubiformis (*r*). Superficies ferme triangularis ipſi hac in par-

(*g*) Veſal. Tab. 27. Fig. 1. 2. V. V.
(*h*) Id. Tab. 27. Fig. 1.
(*i*) Id. Tab. 27. Fig. 2.
(*k*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter I. & 1.
(*l*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter II. & 2.
(*m*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter II. & 1.
(*n*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter II. & 3.
(*o*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter III. & 3.
(*p*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter IIII. & 4.
(*q*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter IIII. & 3.
(*r*) Id. Tab. 27. Fig. 1. inter V. & 4.

parte data eſt, cujus apex in tuberculum, quod huic oſſi in laterali externa parte eſt, evaneſcit. Ubi autem horum metatarſi oſſium capita poſteriora alia alia attingunt, ſuperficies dantur cartilagineæ vel ſimplices vel duplices, quæ ſibi accommodatæ nexus illos perficiunt.

DE DIGITIS.

Digiti quinque ſunt. In omnibus, pollice excepto, ſunt tria oſſa (*a*), oblonga, gracilia, ferme recta. Primo longius ſecundum, a ſecundo iterum decreſcunt, in pollice craſſiora, in reliquis tenuiora. In primo ordine (*b*) ſunt longiſſima, in ſecundo breviora (*c*), in tertio (*d*) breviſſima. Primi ordinis oſſa, ab exteriore gibba (*e*), ab interiore concava (*f*), lateribus (*g*) compreſſa, in capitibus poſterioribus ſinus habent, quorum quiſque committitur cum capite priore ſui oſſis metacarpi (*h*). Pollicis articulo huic

(*a*) Veſal. Tab. 27. Fig. 1. 2. ς. τ. υ.
(*b*) Id. Tab. 27. Fig. 1. 2. inter Λ. & Ξ.
(*c*) Id. Tab. 27. Fig. 1. 2. τ. &c.
(*d*) Id. Tab. 27. Fig. 1. 2. χ. u. &c.
(*e*) Id. Tab. 27. Fig. 1. Φ.
(*f*) Id. Tab. 27. Fig. 2. Φ.
(*g*) Id. Tab. 27. Fig. 1. 2. Λ.
(*h*) Id. Tab. 27. Fig. 1. 2. ξ.

huic adſtant duo Ossicula Sesamoïdea (*i*) (rarius ad alios articulos (*k*) poſita), quæ inferiore parte, qua terram attingunt, gibba, ſuperiore excavata; & hac parte ab oſſe metatarſi primo admiſſa, parum a ſe invicem diſtant. Dictorum oſſium priora capita (*l*), medio ſinu diſtincta, & lateribus compreſſa, cohærent cum capitulis poſterioribus oſſium ſecundi ordinis. Hæc minora in capitulis poſterioribus duplicem ſinum habent, ad capita priora oſſiculorum primi ordinis accommodata; capita autem horum priora (*m*), oblonga, transverſa tubercula referunt, & admittuntur a capitibus poſterioribus oſſiculorum tertii ordinis. Tertii ordinis oſſa a priore in mucronem deſinunt inæquabilem (*n*), habentque in capitibus poſterioribus (*o*) unum ſinum, ut priora capita oſſiculorum ſecundi ordinis admittant. In tertio autem oſſe pollicis caput poſterius (*p*) magis convenit cum capite poſteriore oſſiculorum ſecundi ordinis.

Ex hactenus deſcriptis compoſitus pes extremus (*a*) parum

(*i*) Veſal. Tab. 27. Fig. 2. ω. ψ.
(*k*) Id. Tab. 27. Fig. 2.
(*l*) Id. Tab. 27. Fig. 1. 2. inter ς. & τ.
(*m*) Id. Tab. 27. Fig. 1. 2. inter τ. & υ.
(*n*) Id. Tab. 27. Fig. 1. 2. ſupra χ. & υ.
(*o*) Id. Tab. 27. Fig. 1. 2. inter 4. & τ.
(*p*) Id. Tab. 27. Fig. 1. 2. inter χ. & φ.
(*a*) Id. Tab. 27. Fig. 1. & 2.

rum retro, multum ante crus prominet, craſſior mox ante talum, ibique anguſtus, gibbus, ſed, verſus latus externum deſcendens, ſenſim latescit, planior fit, donec digiti ad ſe invicem accedentes latitudinem etiam aliquomodo imminuant. Rectior a calcaneo ad apicem pollicis, & hoc in latere a parte poſteriore ſinuatus. Planta vario modo inæquabilis & ſinuata, planior metatarſus, planiores digiti (*b*).

DE ARTU SUPERIORE.

Ad ſuperiorem artum pertinent Scapula (*a*), Clavicula (*b*), Humerus (*c*), Cubitus (*d*), quem conſtituunt Ulna (*e*), & radius (*f*), & denique Manus extrema (*g*).

(*b*) Conferantur omnino, quæ de compoſitione, figura, proprietatibus omnibus, pedis extremi habet Clar. Albinus lib. de oſſibus pag. 226. ſeq. Non enim neceſſe viſum fuit, talem deſcriptionem huic compendio, primas Oſteologiæ lineas tantum complectenti, inſerere; nemo etiam, his cognitis, erit, quin ſumma cum aviditate, ſummo cum fructu, dictum libellum pervolvet.

(*a*) Veſal. Tab. 1. 2. 3. R. Tab. 19. Fig. 1. 2. 3.
(*b*) Id. Tab. 1. 2. 3. Q. Tab. 20. Fig. 1. 2. 3.
(*c*) Id. Tab. 1. 2. 3. S. Tab. 21. Fig. 1. 2.
(*d*) Id. Tab. 1. 2. 3. T. Tab. 22. Fig. 1. 2.
(*e*) Id. Tab. 1. 2. 3. Y. Tab. 22. Fig. 5. 6.
(*f*) Id. Tab. 1. 2. 3. X. Tab. 22. Fig. 3. 4.
(*g*) Id. Tab. 1. 2. 3. Z. Z. Z. Γ. Δ. Δ. Tab. 23. Fig. 1. 2.

DE

DE SCAPULA.

Poſteriori, ſuperiori, & exteriori thoracis parti adjuncta Scapula (*a*), dorſo quaſi innatans, claviculæ ſubnixa, cum oſſe humeri articulata (*b*), lata, ex interiore parte leviter concava (*c*), ab exteriore gibba (*d*), triangularem quodammodo formam habet (*e*). Latus internum (*f*), quod ſpinas corporum vertebrarum reſpicit, prælongum, primum oblique retrorſum decurrens (*g*), & tenue, deinde deorſum & in latus externum vergens (*h*), baſis dicitur, hoc cum latere exteriore (*i*), longiſſimo, rectiore, craſſo, a parte inferiore confluit, & in angulum (*k*) craſſum deſinit. Latus ſuperius (*l*) rectius, transverſum, brevisſimum, tenuiſſimum. Hoc una cum exteriore latere deſinit

(*a*) Veſal. Tab. 19. Fig. 1. 2. 3.
(*b*) Id. Tab. 1. 2. 3. R. λ. μ.
(*c*) Id. Tab. 19. Fig. 1. inter p. P. N. O. Y.
(*d*) Id. Tab. 19. Fig. 2.
(*e*) Id. Tab. 19. Fig. 2. a. Z. Y. ad D. C.
(*f*) Id. Tab. 19. Fig. 1. Z. O. Y. Fig. 2. Z. X. Y.
(*g*) Id. Tab. 19. Fig. 1. a Z. ad O. Fig. 2. a Z. ad X.
(*h*) Id. Tab. 19. Fig. 1. ab O. ad Y. Fig. 2. ab X. ad Y.
(*i*) Id. Tab. 19. Fig. 1. 2. D. Y.
(*k*) Id. Tab. 19. Fig. 1. 2. 3. Y.
(*l*) Id. Tab. 19. Fig. 1. a. Z.

nit in cervicem (*m*) brevem, latam, craſſam, quæ intumeſcens format ſinum (*n*), amplum, oblongum, ima parte ampliorem, ſemiorbiculatum, verſus ſuperiora anguſtatum; hic ad latus & ad priora ſpectans, cartilagine obductus, caput humeri admittit mobiliſſimo articulo (*o*). Sinus illius margo in cartilagineum ligamentum vertitur, in capſam articuli membranaceam abiens (*p*). Ex ſuperiori parte radicis exit proceſſus coracoïdeus (*q*), lato & craſſo principio (*r*), ad quod, in latere ſeu ora ſuperiore, lunula eſt (*s*); Proceſſus hic, in priora & exteriora reflexus (*t*), ultra cervicem protenſus, a ſuperiore rectior, inæquabilis (*u*), ab inferiore concavus, æquabilior (*v*), deſinit in mucronem obtuſum (*w*), & claviculam ſuſtinet. Ex ſumma baſi exſurgit ſpina (*x*), quæ per transverſum usque

(*m*) Veſal. Tab. 19. Fig. 1. 2. C. D.
(*n*) Id. Tab. 19. Fig. 2. A. B.
(*o*) Id. Tab. 1. 2. 3. R. λ. μ.
(*p*) Weitbrecht Syndesmol. pag. 24. Tab. 2. Fig. 8.
(*q*) Veſal. Tab. 19. Fig. 1. 2. E. F.
(*r*) Id. Tab. 19. Fig. 1. inter C. & a.
(*s*) Id. Tab. 19. Fig. 1. a.
(*t*) Id. Tab. 19. Fig. 1. ab F. ad E.
(*u*) Id. Tab. 19. Fig. 1.
(*v*) Id. Tab. 19. Fig. 2.
(*w*) Id. Tab. 19. Fig. 1. 2. E.
(*x*) Id. Tab. 19. Fig. 2. G. H. I.

que ad cervicem & ultra procurrit, hæc primo anguſta (*y*), mox in poſteriorem partem lateſcit (*z*), &, a ſuperiore & inferiore ſinuata (*a*), ſurſum incurvatur, deſinitque in proceſſum (*b*), primo anguſtum, dein lateſcentem, ſurſum & in priora curvatum, gibbum a ſuperiore (*c*), concavum ab inferiore (*d*), ſupereminentem cervici. Hic ſummus humerus dicitur, articulum humeri firmat, & ſinu (*e*) leviſſimo extremum claviculæ recipit.

DE CLAVICULA.

Oblonga, ſigmoïdeam quodammodo figuram habens, CLAVICULA (*a*), capita habet duo, anterius (*b*) & poſterius (*c*). Caput anterius, craſſum, quodammodo triangulare (*d*), cartilagine obductum, committitur cum ſinu in ſuperiore parte ſterni (*e*), intercedente ſingulari lamella cartila-

(*y*) Veſal. Tab. 19. Fig. 2. G.
(*z*) Id. Tab. 19. Fig. 2. a G. ad H.
(*a*) Id. Tab. 19. Fig. 1. inter a & K. Fig. 2. inter I. & H.
(*b*) Id. Tab. 19. Fig. 1. 2. 3. K.
(*c*) Id. Tab. 19. Fig. 2. 3.
(*d*) Id. Tab. 19. Fig. 1.
(*e*) Id. Tab. 19. Fig. 1. & 3. L.
(*a*) Id. Tab. 20. Fig. 1. 2. 3.
(*b*) Id. Tab. 20. Fig. 1. 2. 3. A. A. A.
(*c*) Id. Tab. 20. Fig. 1. 2. 3. Q. Q. Q.
(*d*) Id. Tab. 20. Fig. 1. B. C. D.
(*e*) Id. Tab. 18. Fig. 6. q. r. Fig. 7. r.

tilaginea (*f*). Ab hoc capite clavicula tenuior fit, poſteriora verſus procedit, in ſuo decurſu ſuſtinetur proceſſu coracoïdeo ſcapulæ (*g*), eique ope ligamenti, ipſius parti tuberculatæ adnexi (*h*), alligatur, ad ſummum humerum (*i*) porro pertingit, ejusque ſinui (*k*) adnectitur. Hunc in finem caput poſterius gibbum, oblongum, ovatum, transverſum (*l*) eſt. Inter hæc capita dictum corpus oſſis ab oſſe pectoris usque ad proceſſum coracoïdeum, a priore parte gibbum (*m*), a poſteriore concavum (*n*), dein vero a priore concavum (*o*), ab oppoſita parte gibbum (*p*), ſimulque latum & planius tum a ſuperiore (*q*), tum ab inferiore (*r*).

(*f*) Weitbrecht Syndesmolog. pag. 14. Tab. 1. Fig. 1. 2. 3.
(*g*) Veſal. Tab. 20. Fig. 1. 2. E. F.
(*h*) Id. Tab. 20. Fig. 3. N.
(*i*) Id. Tab. 19. Fig. 1. 2. 3. K.
(*k*) Id. Tab. 19. Fig. 1. 3. L.
(*l*) Id. Tab. 20. Fig. 1. 2. 3. Q.
(*m*) Id. Tab. 20. Fig. 1. H. E.
(*n*) Id. Tab. 20. Fig. 1.
(*o*) Id. Tab. 20. Fig. 1. ab H. ad Q.
(*p*) Id. Tab. 20. Fig. 1.
(*q*) Id. Tab. 20. Fig. 2. I. Q.
(*r*) Id. Tab. 20. Fig. 3. L. O. Q.

DE

DE OSSE HUMERI.

Pars ſuperior Oſſis Humeri (*a*) conſtat capite (*b*) craſſo, ſemirotundo, æquali, cartilaginea cruſta obducto, cujux vertex introrſum ſurſumque ad ſinum ſcapulæ (*c*) dirigitur, cum quo articulatur; articulum hunc mobiliſſimum, præter membranam capſularem, defendentibus ſummo humero, proceſſu caracoïdeo, clavicula (*d*). Capiti huic, parvo collo inſidenti, duo adſtant tubercula, majus (*e*) ad exteriorem ipſius partem, minus (*f*) ad partem priorem, inæqualia, ſinu (*g*) diſtincta, per quem tendo longior muſculi Bicipitis brachii progreditur. Inde corpus oſſis, teres, gracileſcit, primo rectius, dein paulatim incurvum, in tria latera diviſibile, procedendo lateſcit (*h*), & in caput inferius (*i*) deſinit. Hoc caput offert rotulam quamdam trochleæ

(*a*) Veſal. Tab. 21. Fig. 1. 2.
(*b*) Id. Tab. 21. Fig. 1. 2. A. B. C.
(*c*) Id. Tab. 19. Fig. 2. A. B.
(*d*) Conf. Veſal. Tab. 1. 2. 3.
(*e*) Id Tab. 21. Fig. 1. 2. E.
(*f*) Id. Tab. 21. Fig. 1. D.
(*g*) Id. Tab. 21. Fig. 1. H. I.
(*h*) Id. Tab. 21. Fig. 1. 2. Conf. Tab. 2. 3.
(*i*) Id. Tab. 21. Fig. 1. Q. N. S. P. M. K. L. T. Fig. 2. Q. O. S. V. L. K. M. R. P.

chleæ (*k*), circum extremum humerum ab exteriore ejus parte in interiorem orbiculatam, orbiculatim ſinuatam (*l*), eminentibus marginibus (*m*) gibbis; quorum poſterior (*n*) plenior; cartilagine cruſtatam, ulnamque admittentem (*o*). Ad ſuperiorem hujus rotulæ partem utrimque ſinus eſt, ab exteriore maximus (*p*), cedens proceſſui olecrano (*q*), quando cubitus extenditur, ab interiore minor (*r*), admittens ulnæ proceſſum coronoïdeum (*s*), quando cubitus flectitur. Ad priora rotulæ, ab interiore parte, caput (*t*) eſt, magnum, rotundum, cartilagine obductum, cum quo radius committitur (*u*). Adſtant denique parti inferiori hujus oſſis condyli, prior (*v*), atque poſterior (*w*), quibus adhærent muſculi multi.

(*k*) Veſal. Tab. 21. Fig. 1. 2. K. L. M.
(*l*) Id. Tab. 21. Fig. 1. 2. K
(*m*) Id. Tab. 21. Fig. 1. 2. L. M.
(*n*) Id. Tab. 21. Fig. 1. 2. L.
(*o*) Id. Tab. 1. 2. 3.
(*p*) Id. Tab. 21. Fig. 2. O.
(*q*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. ſ. 11. D.
(*r*) Id. Tab. 21. Fig. 1. N.
(*s*) Id. Tab. 22. Fig. 1. ſ. 11. C.
(*t*) Id. Tab. 21. Fig. 1. P.
(*u*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. 3. 4. N. Fig. 9. N. O.
(*v*) Id. Tab. 21. Fig. 1. 2. P.
(*w*) Id. Tab. 21. Fig. 1. 2. S.

DE ULNA.

Ulnæ (*a*) caput (*b*) craſſum, ab interiore parte ſinuatum (*c*), in duos vertices, ſuperiorem (*d*), inferiorem (*e*) deſinit. Sinus per longitudinem media eminentia (*f*) in duos (*g*) diſtinguitur, quorum poſterior (*h*) amplior eſt, recipit autem totus hicce ſinus rotulam, quæ in parte inferiore oſſis humeri datur (*i*), eique egregie eſt accommodatus. Vertex exterior, ſuperior, & maxime tumens (*k*), olecranon vocatur, hic incurrit in ſinum poſteriorem oſſis humeri (*l*), quando cubitus in rectum extenditur. Vertex inferior (*m*), coronoïdeus nonnullis dictus, in ſinum humeri interiorem (*n*) recipitur, quando cubitus ad angulum val-

(*a*) Veſal. Tab. 22. Fig. 1. 2. inter A. & B. Fig. 5. 6.

(*b*) Id. Tab. 22. Fig. 1. A. D. E. C. Fig. 2. A. D. E. Fig. 5. D. E. C. Fig. 6. X. Fig. 11.

(*c*) Id. Tab. 22. Fig. 1. D. E. C. Fig. 2. D. E. Fig. 5. D. E. C. Fig. 11. G. G. H. H. F. F.

(*d*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. 5. 11. D.

(*e*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. 5. 11. E.

(*f*) Id. Tab. 22. Fig. 11. F. F.

(*g*) Id. Tab. 22. Fig. 11. G. G. H. H.

(*h*) Id. Tab. 22. Fig. 11. G. G.

(*i*) Id. Tab. 21. Fig. 1. 2. K. L. M.

(*k*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. 5. 11. D. Fig. 6. X.

(*l*) Id. Tab. 21. Fig. 2. O.

(*m*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. 5. 11. C.

(*n*) Id. Tab. 21. Fig. 1. N.

valde acutum flectitur. Inferioris hujus verticis pars, a priore, ubi caput radii reſpicit, anguſtior eſt, & ſinum (*o*) habet parvum, oblongum, transverſum, continua cartilagine cum ſinu obductum, recipientem capitis ulnæ partem lateralem (*p*). A capite hocce procedens corpus ſenſim gracileſcit (*q*), & in tres ſuperficies (*) dividi poteſt, diſtinctas per medias eminentias (*r*), quarum illa, quæ radium reſpicit, & ligamentum interoſſeum adnexum habet, acutiſſima eſt (*s*). Verſus caput inferius, ſeu extremum, in priora intumeſcit (*t*), & deſinit in capitulum (*u*), per ambitum orbiculatum (*v*), lævi cartilagine incruſtatum, & hoc ſuſtinet extremum radium (*w*), qui ad illum mobili articulo movetur. Pars inferior hujus capituli (*x*), inæqualiter ſinuata (*y*), firmat ligamentum (*z*), quod ad radium pro-

(*o*) Veſal. Tab. 22. Fig. 11. l.
(*p*) Id. Tab. 22. Fig. 3. 4. 9. N. m. Conf. Fig. 1. 2.
(*q*) Id. Tab. 22. Fig. 5. 6.
(*) Id. Tab. 22. Fig. 2. 6. d. Fig. 2. 6. e. Fig. 1. 5. f.
(*r*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. 6. a. a. Fig. 1. 2. 5. b. b. Fig. 1. 2. 5. c. c.
(*s*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. 5. c. c.
(*t*) Id. Tab. 22. Fig. 5. 6. ad P.
(*u*) Id. Tab. 22. Fig. 5. 6. Q.
(*v*) Id. Tab. 22. Fig. 5. 10. p.
(*w*) Id. Tab. 22. Fig. 3. 4. T. Conf. Fig. 1. 2.
(*x*) Id. Tab. 22. Fig. 5. 6. 10.
(*y*) Id. Tab. 22. Fig. 10. S.
(*z*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. juxta R.

DE ULNA.

Ulnæ (*a*) caput (*b*) craſſum, ab interiore parte ſinuatum (*c*), in duos vertices, ſuperiorem (*d*), inferiorem (*e*) deſinit. Sinus per longitudinem media eminentia (*f*) in duos (*g*) diſtinguitur, quorum poſterior (*h*) amplior eſt, recipit autem totus hicce ſinus rotulam, quæ in parte inferiore oſſis humeri datur (*i*), eique egregie eſt accommodatus. Vertex exterior, ſuperior, & maxime tumens (*k*), olecranon vocatur, hic incurrit in ſinum poſteriorem oſſis humeri (*l*), quando cubitus in rectum extenditur. Vertex inferior (*m*), coronoïdeus nonnullis dictus, in ſinum humeri interiorem (*n*) recipitur, quando cubitus ad angulum val-

(*a*) Veſal. Tab. 22. Fig. 1. 2. inter A. & B. Fig. 5. 6.
(*b*) Id. Tab. 22. Fig. 1. A. D. E. C. Fig. 2. A. D. E. Fig. 5. D. E. C. Fig. 6. X. Fig. 11.
(*c*) Id. Tab. 22. Fig. 1. D. E. C. Fig. 2. D. E. Fig. 5. D. E. C. Fig. 11. G. G. H. H. F. F.
(*d*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. 5. 11. D.
(*e*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. 5. 11. E.
(*f*) Id. Tab. 22. Fig. 11. F. F.
(*g*) Id. Tab. 22. Fig. 11. G. G. H. H.
(*h*) Id. Tab. 22. Fig. 11. G. G.
(*i*) Id. Tab. 21. Fig. 1. 2. K. L. M.
(*k*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. 5. 11. D. Fig. 6. X.
(*l*) Id. Tab. 21. Fig. 2. O.
(*m*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. 5. 11. C.
(*n*) Id. Tab. 21. Fig. 1. N.

valde acutum flectitur. Inferioris hujus verticis pars, a priore, ubi caput radii reſpicit, anguſtior eſt, & ſinum (*o*) habet parvum, oblongum, transverſum, continua cartilagine cum ſinu obductum, recipientem capitis radii partem lateralem (*p*). A capite hocce procedens corpus ſenſim gracileſcit (*q*), & in tres ſuperficies (*) dividi poteſt, diſtinctas per medias eminentias (*r*), quarum illa, quæ radium reſpicit, & ligamentum interoſſeum adnexum habet, acutiſſima eſt (*s*). Verſus caput inferius, ſeu extremum, in priora intumeſcit (*t*), & definit in capitulum (*u*), per ambitum orbiculatum (*v*), lævi cartilagine incruſtatum, & hoc ſuſtinet extremum radium (*w*), qui ad illud mobili articulo movetur. Pars inferior hujus capituli (*x*), inæqualiter ſinuata (*y*), firmat ligamentum (*z*), quod ad radium pro-

(*o*) Veſal. Tab. 22. Fig. 11. l.
(*p*) Id. Tab. 22. Fig. 3. 4. 9. N. m. Conf. Fig. 1. 2.
(*q*) Id. Tab. 22. Fig. 5. 6.
(*) Id. Tab. 22. Fig. 2. 6. d. Fig. 2. 6. e. Fig. 1. 5. f.
(*r*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. 6. a. a. Fig. 1. 2. 5. b. b. Fig. 1. 2. 5. c. c.
(*s*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. 5. c. c.
(*t*) Id. Tab. 22. Fig. 5. 6. ad P.
(*u*) Id. Tab. 22. Fig. 5. 6. Q.
(*v*) Id. Tab. 22. Fig. 5. 10. p.
(*w*) Id. Tab. 22. Fig. 3. 4. T. Conf. Fig. 1. 2.
(*x*) Id. Tab. 22. Fig. 5. 6. 10.
(*y*) Id. Tab. 22. Fig. 10. S.
(*z*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. juxta R.

procedit (*a*), dein juxta exteriorem ambitum, æquabilis, planior (*b*), leviter gibba, & cartilagine obducta, ſuſtinetque idem ligamentum (*c*). Ad exteriorem denique partem hujus capituli proceſſus (*d*) eſt, qui, deorſum protenſus, ligamenta firmat.

DE RADIO.

Adjungitur ulnæ Radius (*a*). Hujus caput ſuperius (*b*), magnum, orbiculatum, in vertice ſinuatum (*c*), cartilagine obductum, capitulum (*d*) admittit, quod rotulæ in parte inferiore oſſis humeri adſtat, ſic ut motum ulnæ, in flexione & extenſione cubiti, ſequi poſſit, ſed & ipſe quaſi circum axin converti. Capitis autem dicti ambitus (*e*), rotundus, qua ulnam ſpectat, orbiculatus & latior, huic admittitur in ſinum (*f*), qui eſt in parte priore verticis inferio-

(*a*) Veſal. Tab. 22. Fig. 1. 2. T.
(*b*) Id. Tab. 22. Fig. 10. inter S. & p.
(*c*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. ſupra Q.
(*d*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. 5. 6. 10. R.
(*a*) Id. Tab. 22. Fig. 3. 4. Conf. Fig. 1. 2.
(*b*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. 3. 4. 9. N.
(*c*) Id. Tab. 22. Fig. 9. O.
(*d*) Id. Tab. 21. Fig. 1. P.
(*e*) Id. Tab. 22. Fig. 3. 4. 9. m.
(*f*) Id. Tab. 22. Fig. 11. l. Conf. Fig. 2.

ferioris capitis ſuperioris ulnæ. Ab hoc capite collum (*g*) procedit teres, in tuber (*h*) magnum deſinens & inæquale, a parte interiore ſitum, cui Biceps musculus inſeritur. Corpus oſſis, tunc parumper incurvum, ab ulna recedit (*i*), dein iterum verſus ulnam ſe recurvat (*k*), donec cum ea nectatur, & capitulum ipſius (*l*) recipiat ſinu (*m*) levi, patulo, oblongo, adeo ut radius ad ulnam in pronatione & ſupinatione manus commode moveri poſſit, permittente huncce motum, & ſimul articulum retinente, ligamento (*n*), quod enaſcitur ex ſinu (*o*) & proceſſu ulnæ, procedit ad radium, lateſcit (*p*), & extremo radii margini (*q*), qui ulnam ſpectat, inſeritur (*r*). Senſim deſcendendo lateſcit (*s*) corpus oſſis, & demum deſinit in ſinum amplum (*t*), a

priore

(*g*) Veſal. Tab. 22. Fig. 1. 2. 3. 4. 9. M.
(*h*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. 3. 4. 9. q.
(*i*) Id. Tab. 22. Fig. 2. a q. verſus u.
(*k*) Id. Tab. 22. Fig. 2. ab u. usque ad extremum.
(*l*) Id. Tab. 22. Fig. 10. p. Conf. Fig. 1. 2.
(*m*) Id. Tab. 22. Fig. 7. o.
(*n*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. T.
(*o*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. ad R.
(*p*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. ab R ad T.
(*q*) Id. Tab. 22. Fig. 8. T.
(*r*) Id. Tab. 22. Fig. 1. T.
(*s*) Id. Tab. 22. Fig. 1. ſ. ſ.
(*t*) Id. Tab. 22. Fig. 8. *α*. x. y. z.

priore anguſtum (*u*), ſenſim verſus ulnam latiorem (*v*), eminentia (*w*) in duos diſtinctum, cum quorum, cartilagine obductorum primo (*x*) Naviculare (*y*), altero (*z*) Lunatum (*a*) carpi os committuntur. Acutæ corporis eminentiæ (*b*), quæ ulnam reſpicit, ligamentum interoſſeum adhæret. Ut autem tendines muſculorum ad manum procedere poſſent, varii in margine capitis inferioris dantur ſulci (*c*).

DE MANU EXTREMA.

Manum componunt Carpus (*a*), Metacarpus (*b*), Digiti (*c*).

(*u*) Veſal. Tab. 22. Fig. 8. *x.*
(*v*) Id. Tab. 22. Fig. 8. y.
(*w*) Id. Tab. 22. Fig. 8. z.
(*x*) Id. Tab. 22. Fig. 8. *α*.
(*y*) Id. Tab. 23. Fig. 5. num. 1.
(*z*) Id. Tab. 22. Fig. 8. z. y.
(*a*) Id. Tab. 23. Fig. 5. num. 2.
(*b*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. 3. 4. r. r.
(*c*) Id. Tab. 22. Fig. 2. 4. *γ*. *δ*. *ε*. *ζ*. *η*.
(*a*) Id. Tab. 1. 2. 3. Z. Z. Z. Tab. 23. Fig. 1. 2. num. 1—8. Fig. 3. 4. 5. 6.
(*b*) Id. Tab. 1. 2. r. Tab. 23. Fig. 1. 2. A. I—IV.,
(*c*) Id. Tab. 1. 2. 3. Δ. Δ. Tab. 23. Fig. 1. 2. B. D. &c.

DE CARPO.

Carpi oſſicula in duos ordines dividuntur. In primo ſeu ſuperiori ſunt Naviculare (*d*), Lunatum (*e*), Triquetrum (*f*), Subrotundum (*g*). In ſecundo ſeu inferiore Multangulum majus (*h*), Multangulum minus (*i*), Capitatum (*k*), Cuneiforme (*l*).

DE OSSICULIS CARPI PRIMI ORDINIS.

DE NAVICULARI.

Naviculare parte ſuperiore (*a*), ampla, gibba, recipitur in partem priorem ſinus radii (*b*); inde in priora pro-

(*d*) Veſal. Tab. 23. Fig. 3. 4. 5. ad num. 1.
(*e*) Id. Tab. 23. Fig. 3. 4. 5. ad num. 2.
(*f*) Id. Tab. 23. Fig. 3. 4. 5. ad num. 3.
(*g*) Id. Tab. 23. Fig. 3. 5. 6. ad num 4.
(*h*) Id. Tab. 23. Fig. 3. 4. 5. 6. ad num. 5.
(*i*) Id. Tab. 23. Fig. 3. 4. 5. 6. ad num. 6.
(*k*) Id. Tab. 23. Fig. 3. 4. 5. 6. ad num. 7.
(*l*) Id. Tab. 23. Fig. 3. 4. 5. 6. ad num. 8.
(*a*) Id. Tab. 23. Fig. 3. 4. 5. ad num. 1.
(*b*) Id. Tab. 23. Fig. 8. α. x.

procedit, & format caput magnum (*c*), quod admittitur in ſinum, factum ex Multangulis (*d*). Ab inferiore parte, profunde ſinuatum, admittit partem priorem capitis oſſis Capitati (*e*). A poſteriore habet ſuperficiem oblongam, incurvam, qua committitur cum Lunato (*f*).

DE LUNATO.

Lunatum, parte ſuperiore, ampla etiam & gibba (*g*), intrat poſteriorem partem ſinus radii (*h*); priore, planiore, ſuperficie adſidet Naviculari (*i*); inferiore profunde ſinuata parte, ab interiore in exteriorem lunata, recipit poſteriorem partem capitis oſſis Capitati (*k*); parte poſteriore, ampla, planiore, leviſſime gibba, lævi cartilagine cruſtata, committitur cum oſſe Triquetro (*l*).

(*c*) Id. Tab. 23. Fig 2. 4. ab 1. ad 5. 6.
(*d*) Veſal Tab. 23. Fig. 2. 4. inter 1. & 5. 6.
(*e*) Id. Tab. 23. Fig. 2. 4. inter 1. & 7.
(*f*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. 3. 4. 5. inter 1. & 2.
(*g*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. 3. 4. 5. num. 2.
(*h*) Id. Tab. 22. Fig. 8. y.
(*i*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. 3. 4. 5. inter 2. & 1.
(*k*) Id. Tab. 23. Fig. 2. 4. inter 2. & 7.
(*l*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. 3. 4. 5. inter 2. & 3.

DE TRIQUETRO.

Triquetrum ſuperiore parte (*m*) ad ligamentum, quod ab ulna ad radium (*n*) pertinet, admovetur; priore ſuperficie ampla accedit ad poſteriorem partem oſſis Lunati (*o*); inferiore, ampliore, planiore, committitur cum oſſe Cuneiformi (*p*); extremum abit ex interiore parte in capitulum, cui oſſiculum Subrotundum jungitur (*q*).

DE SUBROTUNDO.

Subrotundum, omnium minimum, ſuperficie planiore adſidet Triquetro (*r*), inde in interiora eminet, &, inæquabile, ligamenta muſculosque excipit.

Primi ordinis dicta tria oſſicula, Naviculare, Lunatum, Triquetrum, invicem nexa, a ſuperiore caput (*s*) formant, oblongum, gibbum, quod cohæret cum ſinu ra-

(*m*) Veſal. Tab. 23. Fig. 2. 4. num. 3.
(*n*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. T.
(*o*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. 3. 4. 5. inter 3. & 2.
(*p*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. 3. 4. inter 3. & 8.
(*q*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 3. 5. inter 3. & 4.
(*r*) Id. Ibidem.
(*s*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. 3. 4. 5. num. 1. 2. 3.

radii (*t*), & ligamento, ab ulna ad radium ducto (*u*); ab inferiore habent primo caput (*v*), magnum, oblongum, gibbum, quod fit a ſolo Naviculari, dein ſinum (*w*), amplum, oblongum, factum ex Naviculari, Lunato, Triquetro, qui admittit caput in parte ſuperiore oſſiculorum ſecundi ordinis, factum ex Capitato, & Cuneiformi. Ut autem Naviculare verſus interiora prominet, ſic in poſteriore parte ſimile quid facit Subrotundum.

DE OSSICULIS CARPI SECUNDI ORDINIS.

DE MULTANGULO MAJORE.

Multangulum majus, a parte ſuperiore ſinuatum, os Naviculare admittit (*a*), deorſum procedens lateſcit, & abit in ſuperficiem (*b*), amplam, ſecundum longitudinem ſinua-

(*t*) Veſal. Tab. 22. Fig. 8. α. x. z. y.
(*u*) Id. Tab. 22. Fig. 1. 2. T.
(*v*) Id. Tab. 23. Fig. 2. 5. inter 1. & 5. 6.
(*w*) Id. Tab. 23. Fig. 2. 4. inter 1. 2. & 7.
(*a*) Id. Tab. 23. Fig. 2. 4. inter 5. & 1.
(*b*) Id. Tab. 23. Fig. 6. G.

ſinuatam (*c*), ex transverſo gibbam (*d*), quæ ſuſtinet os metacarpi pollicis (*e*): ubi ſpectat os metacarpi indicis, habet exiguam, oblongam, ſuperficiem (*f*), cui dicti oſſis pars accumbit (*g*): a parte poſteriore, ampla, oblonga, per longitudinem cava, ſuperficie cum Multangulo minore jungitur (*h*); hoc os præterea ex interiore parte ſinum oblongum & profundum habet, deſinentem in tuberculum (*i*).

DE MULTANGULO MINORE.

Multangulum minus, a ſuperiore ſinuatum, partem capitis oſſis Navicularis recipit (*k*); ab anteriore ſuperficie conveniente cum Multangulo majori nectitur (*l*); ad inferiorem amplam, & oblongam, ſuperficiem, per longitudinem cavam, ex transverſo gibbam (*m*), admittit maximam

(*c*) Veſal. Tab. 23. Fig. 6. ab a ad b.
(*d*) Id. Tab. 23. Fig. 6. à c. ad d.
(*e*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. inter 5. & A.
(*f*) Id. Tab. 23. Fig. 6. h.
(*g*) Id. Tab. 23. Fig. 2. inter ϛ. & Q.
(*h*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. 3. 4. 6. inter ϛ. & 6.
(*i*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 3. 6. ad P.
(*k*) Id. Tab. 23. Fig. 2. 4. inter 6. & 1.
(*l*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. 3. 4. 6. inter 6. & ϛ.
(*m*) Id. Tab. 23. Fig. 6. H. 6.

mam partem oſſis metacarpi indicis (*n*); poſteriore parte, ſinu amplo & levi, cum Capitato cohæret (*o*).

DE CAPITATO.

Capitatum caput magnum (*p*), gibbum, habet, quod admittitur in ſinum, a Naviculari & Lunato factum (*q*); parte anteriore ſuperficie conveniente nectitur cum Multangulo minore (*r*); ab inferiore intumeſcens, parte latiore (*s*), diſtinctis ſuperficiebus, ſuſtinet totum os metacarpi digiti medii (*t*), partem oſſis metacarpi digiti indicis (*u*), partem metacarpi annularis (*v*); a poſteriore cum Cuneiformi copulatur (*w*).

(*n*) Veſal. Tab. 23. Fig. 1. inter 6. & I. Fig. 2. inter 6. & Q.
(*o*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. 3. 4. 6. inter 6. & 7.
(*p*) Id. Tab. 23. Fig. 2. 4. infra 7.
(*q*) Id. Tab. 23. Fig. 2. 4. inter 7. & 1. 2.
(*r*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. 3. 4. 6. inter 7. & 6.
(*s*) Id. Tab. 23. Fig. 6. K.
(*t*) Id. Tab. 23. Fig. 1. & 2. inter 7. & II.
(*u*) Id. Tab. 23. Fig. 1. & 2. inter 7. & I.
(*v*) Id. Tab. 23. Fig. 2. inter 7. & III.
(*w*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. 3. 4. 6. inter 7. & 8.

DE CUNEIFORMI.

Cuneiforme, inter Capitatum & Triquetrum ſeſe interſerit (*x*), cum Capitato ſuperficie, ampla, leviter protuberante (*y*), cum Triquetro alia, ampla etiam, & per longitudinem gibba (*z*), nexum; pars inferior abit in ſuperficiem amplam, oblongam (*a*), in duas diſtinctam, quibus accedunt oſſa metacarpi annularis (*b*), & auricularis (*c*); Ex parte hujus oſſis & interiore & inferiore oritur proceſſus oblongus (*d*), modice incurvatus.

Secundi ordinis dicta quatuor oſſa, invicem nexa, unius ſpeciem, ut illa primi ordinis, præ ſe ferunt, & habent a ſuperiore primo ſinum, factum ex Multangulis (*e*), intra quem Naviculare admittitur (*f*), dein caput, quod conſti-

tuunt

(*x*) Veſal. Tab. 23. Fig. 1. 2. 3. 4. 5. num. 8. inter 7. & 3.
(*y*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. 3. 4. 6. inter 8. & 7.
(*z*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. 3. 4. inter 8. & 3.
(*a*) Id. Tab. 23. Fig. 6. L. M.
(*b*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. inter 8. & III.
(*c*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. inter 8. & IIII.
(*d*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 3. 6. O.
(*e*) Id. Tab. 23. Fig. 2. 4. num. 5. 6.
(*f*) Id. Tab. 23. Fig. 2. 4. num. 1.

tuunt Capitatum & Cuneiforme (*g*), & hoc admittitur intra ſinum, factum a Naviculari, Lunato, Triquetro (*h*); ab inferiore abeunt in ſuperficiem inæquabilem (*i*), ad capita ſuperiora omnium oſſium metacarpi egregie accommodatam.

Totus carpus, ab exteriore gibbus & æquabilis (*k*), ab interiore ſinuatus (*l*) eſt. Sinus autem hujus partem poſteriorem facit oſſiculum Subrotundum (*m*) & proceſſus Cuneiformis oſſis (*n*), priorem os Naviculare (*o*), & tuberculum Multanguli majoris (*p*). Accedentia ligamenta ſinum in canalem mutant.

(*g*) Veſal. Tab. 23. Fig. 2. 4. num. 7. 8.
(*h*) Id. Tab. 23. Fig. 2. 4. num. 1. 2. 3.
(*i*) Id. Tab. 23. Fig. 6. G. H. K. L. M. 5. 6. 7. 8.
(*k*) Id. Tab. 23. Fig. 2. 4.
(*l*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 3.
(*m*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 3. 6. num. 4.
(*n*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 3. 6. O.
(*o*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 3. num. 1.
(*p*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 3. 6. P.

DE METACARPO.

Metacarpus dividi poteſt in metacarpum pollicis (*a*) & digitorum (*b*).

Os metacarpi pollicis craſſum, valens, caput ſuperius habet, ab interno latere in externum gibbum, a priore in poſteriorem ſinuatum, quod conjungitur cum Multangulo majori (*c*); inde gracileſcit, per longitudinem leviter incurvum eſt (*d*), ab interiore parte concavum (*e*), deſinit denique in caput gibbum, adaptatum ad ſinum, qui eſt in ſuperiore parte oſſis primi ordinis pollicis (*f*), & ossa sesamoidea etiam admittens (*g*).

Oſſa metacarpi digitorum omnia ſeſe ſuis capitibus ſuperioribus accommodant diverſis ſuperficiebus, ad Multangula, Capitatum & Cuneiforme. Primum, ſeu indicis, præ-

(*a*) Veſal. Tab. 23. Fig. 1. 2. A.
(*b*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. I. II. III. IIII.
(*c*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. inter A. & 5.
(*d*) Id. Tab. 23. Fig. 2. A.
(*e*) Id. Tab. 23. Fig. 1. A.
(*f*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. inter A. & B.
(*g*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. T.

præcipuæ ad Multangulum minus (*h*), pro parte ad Multangulum majus (*i*), pro parte ad Capitatum (*k*): ſecundum ſeu digiti medii ad Capitatum (*l*); tertium ſeu annularis ad Cuneiforme (*m*), & plerumque ad Capitatum (*n*); quartum ſeu annularis ad ſolum Cuneiforme (*o*). Hæc capita præterea ſuis lateribus alia aliis junguntur, & convenientes hunc in finem ſuperficies habent (*p*). A capitibus poſterioribus gracilia hæc oſſa ſunt, per longitudinem incurva (*q*), ab interiore concava (*r*), intumeſcunt dein & terminantur in capita inferiora, gibba (*s*), digitos ſuſtinentia (*t*), tuberculata præterea pro ligamentis (*u*). Oſſa hæc

(*h*) Veſal. Tab. 23. Fig. 1. 2. inter I. & 6.
(*i*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. inter I. & 5.
(*k*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. inter I. & 7.
(*l*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. inter II. & 7.
(*m*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. inter III. & 8.
(*n*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. inter III. & 7.
(*o*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. inter IIII. & 8.
(*p*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2.
(*q*) Id. Tab. 23. Fig. 2.
(*r*) Id. Tab. 23. Fig. 1.
(*s*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. I. R.
(*t*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. I. D. E. F.
(*u*) Id. Tab. 23. Fig. 2. a latere R.

hæc, media parte inſigniter ab invicem diſtantia (*v*), cratem formant, quæ, ab interiore concava, volam manus format, ab exteriore convexa, dorſum.

DE DIGITIS.

Cum Metacarpo conjunguntur Digiti, quorum quisque tria oſſicula (*a*) habet, pollice excepto, in quo ſolummodo duo dantur (*b*). Hi conveniunt cum digitis pedis, ſunt autem quaſi perfectiores, &, diverſis inſigniti nominibus, diſtinguuntur in Indicem, Medium, Annularem, & Auricularem.

Tota denique manus, ex tot oſſiculis compoſita, forma, mobilitate, nexu, egregie diverſis ſcopis eſt accommodata (*c*).

(*v*) Veſal. Tab. 23. Fig. 1. 2. S.
(*a*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. D. E. F.
(*b*) Id. Tab. 23. Fig. 1. 2. B. C.
(*c*) Conf. Cl. Albini lib. de oſſibus pag. 287.

DE

DE SCELETO FOEMININO.

Cum virili, hactenus deſcripto, convenit Sceletus Foemininus in genere, hac tamen differentia, quod oſſibus foeminini quiddam inſit, non facile explicandum, ſic ut minus plena videantur, imbecillitatem, infirmitatem, gracilitatem fœmineam oſtendant. Sed in locis, quibus ſexus maxime differunt, oſſium differentia notabilis eſt. Sacrum, inquit Clar. Albinus (*a*), latius, per longitudinem rectius, infra non æque incurvatum in priora. Coccyx rectior, magis obſequens. Coxarum oſſa ampliora, a ſacro curvamine latiore coëunt in pube, ubi cartilagine conjuncta fere craſſiore. Iſchia in latus extrorſum tendunt magis, ſuis præſertim tuberibus. Eoque pubis oſſium rami inferiores rectiore angulo ab imis iſchiis in pube conveniunt; ipſi præterea magis verſi in exteriora. Pelvis hinc amplior, hiatu ampliore deorſum patet, atque a priore parte ſub commiſſura pubis hiatum habet patentiorem. Cum pelve amplior pars ima ventris. Oſſa ilium ampliora, internis partibus magis ſinuata, ac magis reſupinata, intervallo disjuncta majore, quo fit, ut cum iis venter quoque amplior ſit. Fe-

(*a*) Lib. de ſceleto cap. 126. pag. 474.

Femora, magis divaricata, a coxis magis oblique conveniunt, quum genua adducta ſunt: cervix iis magis transverſa, & hinc ſupra magis disjuncta ſunt. Sic aptiſſima foemina eſt ad virum admittendum, embryonem continendum, geſtandum, enitendum. Pectus præterea depreſſius ob mammas; rectiores claviculæ (*b*).

(*b*) Conf. etiam Cl. Albini lib. de oſſibus pag. 298.

ED-

EDUARDI SANDIFORT

ORATIO

DE

OFFICIO MEDICI PERQUAM DIFFICILI, A MULTIS PESSIME NEGLECTO.

Habita die VIII. Februarii MDCCLXXXIII.

Quum Magiſtratu Academico abiret.

ORATIO

DE

OFFICIO MEDICI PERQUAM DIFFICILI, A MULTIS PESSIME NEGLECTO.

Perilluſtres & Generoſiſſimi Academiæ Batavæ Curatores.

Ampliſſimi & Nobiliſſimi Civitatis Leidenſis Prætor, Conſules, Judices, quique iis a conſiliis vel ab actis eſtis, viri graviſſimi.

Divinarum, Humanarumque, diſciplinarum Profeſſores Clariſſimi, Collegæ honoratiſſimi.

Qui Tribunali Academico ab actis es, Vir Spectatiſſime.

Divinorum oraculorum Interpretes caſtiſſimi, facundiſſimi.

Lectores eruditiſſimi.

Artium quarumvis Doctores expertiſſimi, conſultiſſimi.

Cives, Hoſpites, cujuscumque ordinis, dignitatis, loci, Auditores exoptatiſſimi.

Tu denique lectiſſima Juventutis corona, Patriæ ſpes, Academiæ decus, cura & voluptas noſtra.

Corpore ſanum, animo autem eruditum, ſummo jure felicem dixit Antiquitas; vita enim ſine valetudine vix niſi

mortis initium: ægrotanti omnia faſtidioſa, ingrata, amara; hunc nec opes, nec honores, nec voluptates, nec quidquid eſt deliciarum, juvant, aut ſolantur. Dubitent, qui, optimo corporis habitu & robore præditi, ſanitate, quaſi re nullam mutationem ſubitura, ſecuri fruuntur, qui ægra mente effictas aliorum de morbis, ſibi plane incognitis, querelas credunt. Vitam, vere beatam, vivere, qui bene valet, qui ſuæ ſpontis eſt, qui actiones, ſibi proprias, cum voluptate, conſtantia, & oblectamento, exercet, concedent omnes, qui valetudine infirmiori, his illisve morbis, aliquoties fuere afflicti, qui etiam nunc, per varias ægritudines fracta & languida, membra trahunt.

Sanitatem itaque tueri, hanc ſartam, tectamque, & a detrimento incolumem, ſervare, ab omni ævo mortalium cura fuit. Nata ſic perexiguis initiis ars, quæ cernitur in ſcientia, corpus ſanum ſervandi, ſubnaſcituros præcavendi morbos, depellendi præſentes. Hæc, apud Ægyptios, diligentius apud Græcos, exculta, ſic ut qui rudem adhuc & vulgarem ſcientiam paulo magis ornarent, in Deorum numerum ſint recepti, ſapientiæ pars habita fuit, quam ſuis inventis adauxerunt, perpoliverunt, gentes variæ, quam, renatis poſt medii ævi barbariem, litteris, amplificarunt tot,

arte

arte & virtute excellentes, viri, ut medicina non tantummodo maximi momenti ars dici debeat, verum ad ſummum ferme faſtigium evecta fuiſſe videatur, & ad ſcientias, ut utiliſſimas, ſic & nobiliſſimas, atque adeo divinas, referri mereatur, qua ab ipſo vitæ principio ad ultimum usque terminum carere vix ullus poſſit.

Attamen in artium ſola iſta, quam neceſſitas invenit, quam experientia perfecit, quæ, accedentibus in dies novis obſervationibus, cuncta regente & moderante rationis lumine, liberalis facta eſt & erudita, qua de vita & ſanitate, cariſſimis hominum pignoribus, agitur, evenit, ut cuicunque, medicum ſe profeſſo, ſtatim credatur, cum ſit periculum in nullo mendacio majus. Fingit ſe quisque medicum, cuique, remedia arcana, univerſalia, ſpecifica, poſſidere crepanti, aut & benevola medicandi prurigine excitato, creditur, cuique ſuam ſuorumque vitam committunt faciles, &, ut ſalvi atque incolumes vivant, ſæpe imperitiſſimos quosque in conſilium vocant, ſacerdoti ſciolo, ſutori inopiâ deperdito, ruſtico impudenti, ſeſe tradunt.

Utinam vero impune hoc facerent, nec graviſſimas imprudentiæ pœnas luerent! Suo, aliorumque, exemplo ſerius ocyus experiuntur atque diſcunt multi, non temere

prudentium & peritorum conſilia ſperni, dolentque ſanitatem medicaſtrorum, impenſius plerumque ab amicis, a mulierculis laudatorum, opera, non modo non reſtitutam, ſed potius magis labefactatam fuiſſe, morbosque, quorum ne vel minimum ſeminium in corpore latebat, ob depravatas per exhibita remedia corporum functiones, fuiſſe excitatos, poſtea nunquam depellendos.

Nec dicat quis, medicaſtros a veris medicis facillime diſtingui, illos, cane pejus atque angue, quemque vitare, ſeque nunquam committere niſi iis, qui medici titulo decorati incedant. Verum quanta & horum turba eſt, qui empiricorum potius, quam medicorum, titulo digni ſunt, qui artem ſevera lege didicerunt nunquam, eandem debita conſtantia non colunt, omnemque intendunt operam, non ut medici veri ſint, ſed videantur, qui medici officia vix ac ne vix quidem cognoſcunt, nedum ea implere conantur, qui talibus animi dotibus non gaudent, quales in medico requiruntur, qui noſtris periculis diſcunt, experimenta per mortes agunt, & a quibus, eorumque medicina plus periculi, quam a morbo, eſt.

Quanti itaque cujuscunque, cui vita ac ſanitas curæ cordique ſunt, interſit, ut optimo Medico ſeſe credat, ut

qua-

qualia medici requiſita ſint, & quomodo ea in veram hominum utilitatem adhibere debeat, cognoſcat, quisque veſtrum, A. H., vel me non monente, intelligit. Nullum itaque argumentum cujuscunque ordinis Auditoribus magis placiturum, nullum a perſona, quam hoc in Academia ſuſtineo, minus alienum, nullum iis, qui ad divinæ artis exercitium ſeſe accingunt, utilius, credidi, quam *ſi de Medici officio perquam difficili, a multis peſſime neglecto, diſputarem, ſimulque in veram & unicam viam, quæ ad praxin medicam in generis humani emolumentum exercendam, ducit, inquirerem.* Id a Vobis, A. H., peto quæſoque, ut, quem plus ſemel hoc ex loco dicentem favore Veſtro cohoneſtaſtis, eodem & nunc dignemini.

Quæ ſervandæ humanæ ſanitatis præcepta, & leges, quibus labefactatæ valetudini quam commodiſſime ſubvenitur, ſuppeditat, ars, Medicina dicitur. In hanc qui omni animi contentione incumbit, hanc qui in commodum generis humani exercet, Medici nomine dignus eſt. Valetudinem enim, homini adeo expetendam, ſervare integram, ſuſtentare afflictam, erigere collapſam, proprium atque unicum Medici officium eſt, omnis ejus diligentia, cura, labor, ſtudium omne, in eo verſatur, ut machinam humanam foveat,

cu-

curet, ſuſtineat, ab omni morborum impetu incolumem præſtet; officium, certe nobiliſſimum, humano generi utiliſſimum, verum multis difficultatibus obſeptum, quod pro meritis explere nemini contingit, niſi arduam & aſperam prius triverit viam, niſi diverſa aſſidue obſervando, ingentibus animi dotibus, & multifaria eruditione, inſtructus ſit, niſi doctrinam & prudentiam conjunxerit. Doctrina enim artificioſum & gnarum præſtat, prudentia fiduciam pænes ægros conciliat. Aſt quam amplus patet illi campus, qui artis peritiam omni acquirere modo ſtudet! Quantum hodierna medicina diſtat ab illa, qualis primis incunabulis fuit! Rejecta dudum Empiricorum medendi ratio; qui, ſolâ experientiâ freti, præſentem morbum cum eodem, quem in alio antea obſervarint, comparantes, ſi eadem aderant ſymptomata, eadem præſcribebant medicamina. Non amplius ante januas & in viis publicis exponuntur ægri, ut ex prætereuntibus quærant, eodemne, an ſimili, laboraverint morbo, quibusque potiſſimum remediis fuerint ſanati. Sed multo nobilior Medicina, tanta diſciplinarum, ad eam pertinentium, amplitudo eſt, ut, a Grajorum medicorum Principe, ars non tantummodo longa dicatur, ſed ipſe, quamvis medicinæ vitam longiſſimam impenderit, ad finem ipſius

ſe

ſe pervenire non potuiſſe, fateri haud erubeſcat, ut vix ulli, niſi Belgarum Æſculapii (quis veſtrum A. H. hocce nomen Boerhavio denegaret) paucorumque aliorum genio præditus ſit, in multis ſimul excellere doctrinis, detur.

Nec quis hoc facile negaverit, qui, artificio mirando conſtructum corpus humanum eſſe, attendat; qui, quanta inter hominem & hominem intercedat differentia, ſuam cuique eſſe ſanitatem, ſanitatisque limites admodum extenſos, animadvertat; qui, tantum eſſe morborum numerum, ut ne iniri quidem poſſit, ſuperaddat; qui eorundem notabilem diſcrepantiam, diverſos decurſus, varios exitus noverit, inſignem propoſitorum medicamentorum farraginem vel ſemel adſpexerit, qui denique intellexerit, eorum omnium cognitionem adeo eſſe neceſſariam, ut, hac vel illa parte neglecta, nunquam perfectus dici medicus poſſit.

Ut omnes omnino artes atque diſciplinæ communi vinculo inter ſe colligantur, ſocio & quaſi ſororio foedere conjunguntur, ut altera alteri auxiliatrices ſæpe porrigit manus, ſic ſalutiferæ artis præcepta haurire, ea in utilitatem publicam convertere, nemini licet, niſi aliis diſciplinis inſtructus ſit. Ne autem expectetis, A. H., memet verboſe expoſiturum, quam neceſſaria linguarum ſit peritia,

qualis inter philoſophiam & medicinam intercedat amicitia; omnes Veſtrum norunt, Medico eſſe incipiendum, ubi deſinit Phyſicus: multis notum, Hippocratem Theſſalum ſuum ſic fuiſſe allocutum. Philoſophiæ cognitioni ſtudium adhibeto, mi Fili, neque enim ſolum vitam tuam glorioſam, & ad multa in rebus humanis utilem, verum etiam mentem acutiorem & longe ſubtiliorem ad ea omnia, quæ in arte medica uſui ſunt, exſequenda, reddet.

Eloquentia itaque excultus, in dialecticis eruditus, in mathematicis & philoſophia exercitatus, ingenio pollens, juvenis, ſalutiferæ arti dicatus, divi Senis præcepto, a natura principium artis medicæ eſſe capiendum, obediat, & objectum, circa quod ipſius cura ſemper verſabitur, examinet, inveſtiget. Eraſiſtratum, Herophilum, multosque immortalis nominis viros ſequatur, qui non contenti, febres & ulcera agitare, rerum quoque, & præcipue humani corporis naturam, manu oculisque armatis, ſcrutati ſunt, quique non ideo medici, ſed majores medici, fuerunt. Vituperent artem Anatomicam, qui, vel rerum uſu deſtituti, vel ſuperſtitione aliqua occæcati, aut mollitie animorum enervati, ſincerum, rectum, & vero conſentaneum, judicium ferre non dedicerunt. Qui morbos cognoſcere, eos-

dem

dem curare, eorum exitus præſcire, veram exercere praxin cupit, in plurimorum utilitatem diſcerpat & diſſolvat, quod vel vermes conſumturi, vel non raro aves carnivoræ, imo feræ immanes, in nullum generis humani fructum, devoraturæ ſunt, ſanas polluat manus tabo ac cruore defunctorum, ut ægrotantium ſaniem extergere, vitamque morborum violentiæ tempeſtive & melius eripere diſcat.

Nec objiciat quis, ex veteribus multos, & inter hos vel ipſos artis Principes, penitus neglecta, aut ſaltem parum exculta, Anatome, in ſanando felices fuiſſe. Mirandum profecto ſummum illorum ingenium, miranda egregia in obſervando diligentia, nihilque de laude eorum, quos & hæc veneratur, & ventura venerabitur, ætas, detractum cupio. Sed nonne horum ſcripta abunde probant, in multis eosdem defeciſſe, in multis erraſſe, & ſine dubio longe majorem ægrotantium numerum fuiſſe reſtitutum, ſi talem, qualem poſteri ſedula ſanorum, morboſorum, cadaverum diſſectione compararunt, machinæ humanæ cognitionem acquirere potuiſſent. Quantum mutata totius Medicinæ facies, ex quo ſanguinis circulus, lactea, lymphatica, vaſa, diverſorum, a ſanguine ſecretorum, humorum natura, vaſorum, nervorumque diſtributiones, accuratius in-

veſtigatæ ſunt, verbo poſtquam Anatome magis fuit exculta; ea enim fruimur felicitate, ut ſumma eximiorum ingeniorum, quibus & noſtræ Athenæ gloriantur, induſtria, ſcientia hæcce exculta, ad incredibile perfectionis culmen adſcenderit, & admirandum, hoc in primis ſeculo, incrementum quisque attonitus obſtupeat.

Conjecturalem medicinam, rationemque conjecturæ talem eſſe, ſi quis cum Celſo ſtatuere vellet, ut ſæpius aliquando reſponderit, interdum tamen nos fallat, non tamen anatomicus abjiciendus ſcalpellus, doctrina enim hæc ita medicum inſtruit, ut conſentaneum ratiocinium eo ipſum dirigat, quo intelligentiæ humanæ pervenire conceſſum eſt, &, etiamſi morbos, ab ipſo perfecte & intime cognitos, evincere penitus ex diſſectis cadaveribus non didicerit, id ſaltem inde adſequetur, quod ægrotis minus noceat. Artem, ſalutis humanæ præſidem, ad majorem certitudinem, ad majorem utilitatem, deducere, nullo alio modo licet. Non autem in majoribus ſubſiſtendum, ſed ſubtilitates anatomicæ, intima ſingularum partium fabrica, perquirendæ. Minutias illas dicant imperiti, ſanæ mentis omnes agnoſcent, ex quo ita dictas minutias & ſubtilitates invenerunt Anatomici, ex quo tenuiſſimarum fibrarum

nexum,

nexum, figuram, minimorum vaſculorum propagines, humorum naturas, glandularum ſeriem, numerum, exiliſſimorum nervorum diſtributiones, non tantum nudis oculis, ſed & armatis, non tantum cultro, ſed vaſorum impletionibus, fuere rimati, functiones demum partium melius fuiſſe perſpectas, Phyſiologiæ inſigne acceſſiſſe incrementum, morbos innumeros, facilius cognitos, citius ſanatos fuiſſe. Quot curationes ſolius ſubtilioris Anatomes cognitione nituntur! Cataractæ, aliorumque, quibus oculus laborare ſolet, adfectuum, fiſtulæ lacrymalis, auditus difficilis, herniarum, congenitæ in primis & veſicæ, calculi, aneurysmatum, aliorumque morborum curationes an tanto cum ſucceſſu ſuſciperentur, quanto illas inſtitui hodie videmus, ſi læſarum partium in ſanitate conditio per Anatomen, per Phyſiologiam, non fuiſſet indagata? Quid Ammannum, quem plurimi jam ſequuntur, docuiſſet ſummam artem, qua hominibus, a nativitate ſurdis, loquelam dedit, niſi ſola loquelæ dicatarum partium ſubtiliſſima cognitio Anatomica?

Hæc cum ita ſint, A. H., nonne mirandum, reperiri homines, qui ſapere volunt, in iisque medicos, qui Anatomen non tantum parvi faciunt, ſiniſtre de ea judi-

cant, verum in totum etiam quandoque contemnunt, atque rejiciunt? Nonne huic utiliſſimæ artis neglectui adſcribendum, quod, ubi talium præſentiam ac teſtimonium Magiſtratus deſideret atque expetat, quando in graviſſimis caſibus de vulnerum lethalitate, vel reliqua læſionum juſta æſtimatione, ſollicitus eſt, ſtolidas & ineptiſſimas transmittant relationes, quas non raro ignorantiæ ſuæ arguere, aut ob ſummam confuſionem, & omnibus ſenſibus imperviam, omnibusque doctrinis medicis repugnantem, abſurditatem, ſine reſponſione dimittere ſæpe coguntur collegia medica, quorum conſilia a Magiſtratu implorantur? Huic inſcitiæ nonne tribuendum, quod, ad dirigendas & ordinandas Chirurgorum operationes vocati, medici, viros ſe præſtare nequeant, ſed ludibrio ſint hominibus, quorum præſides atque duces eſſe deberent? Nonne inde derivandum, quod, ſi in Medicina facienda vel leviter ad Chirurgorum plerorumque, multorum etiam Medicorum, ſermones ac relationes attendimus, ex ipſis perſæpe iſtiusmodi abſona & abſurda, quæ Anatomes peritis riſum extorqueant, audiamus? Horum peſſimum ſane exemplum evitet, & refugiat, qui firmum, quo ſuperſtrui reliquæ artis medicæ partes poſſint, fundamentum eſſe ponendum, teneat,

ſtre-

ſtrenue anatomen excolat, cognitoque homine ſano morboſum indaget.

Hanc ſcientiam ſuppeditat adeo laudanda, ſed a multis peſſime neglecta, Pathologia. Hæc hominis ægri conditionem eo conſilio exponit, ut viam muniat ad medendi methodum, hæc docet, ægrum inter & ſanum quid interſit, quid morbus diſtet a ſanitate. Ab una autem ſanitate deflectiones permultæ ſunt, hinc cognoſcendum, quid morbus a morbo diſcrepet, cognoſcendæ morbi naturæ, diſcrimina, cauſæ, effectus. Quum diverſimode ægros adoriuntur, boni imperatoris exemplum ſequatur, &, cum hoſte dimicaturus, cuncta, quibus nocere poſſit, bene noſcat, ne, hæc ignorans, temere, vix ſibi fidens, diffidens vero omnibus, vel omnia tuta timens, aut ſtolide ſecurus, aut ferociter animoſus cum eo congrediatur.

Hac autem in morborum inveſtigatione Pathologorum Principis conſilium ſequatur, rejiciat incerta, dubia, fallacia, ex mera hypotheſi ducta. Talia a multis proponuntur, talia ſæpe numero blandiuntur, avide arripiuntur, mordicus tenentur, maxime cum ingenioſe conficta, dextre perpolita, ſcientifica methodo aut perſuaſoria elocutione confidenter exponuntur. Quicquid in Pathologia docetur,

ejus

ejus aliqua ſit in praxi medicinali utilitas, qua cognoſcendi curandique morbos ratio perficiatur, atque idcirco ad medendi artem, per ſe nimio latius patentem, non temere referenda, quæ nihil ad eam pertineant, aſt multo magis innitendum, ut ejusmodi tantum proponantur theoremata, de quorum veritate per fideles obſervationes, legitimumque ratiocinium, ſola medicinæ dogmaticæ fundamenta, liquido conſtat. Addatur circumſpectum cadaverum morboſorum examen, quod, modo morbi hiſtoria præceſſerit, optimum Pathologiæ fundamentum præbet. Quot morbos, antea vel plane non, vel non rite, cognitos, anatome practica detectos, quot curationes feliciſſimas, hac arte ſuperſtructas, adducerem, niſi hoc argumentum, ante duo & quod excurrit luſtra, eodem hoc ex loco pertractaſſem (*a*); niſi idem rariſſimi cordis vitio, quod ſummorum in arte virorum ingenia fruſtra fatigaverat, antea a nemine viſi, obſervatione, abunde probaſſem (*b*).

His

(*a*) In Oratione de circumſpecto cadaverum examine, optimo practicæ medicinæ adminiculo.

(*b*) Rariſſimus hicce caſus narratur in Obſervat. Anatom. Patholog. Lib. I. cap. I. Conf. Lib. III. cap. I. ubi ſimilis conformatio præternaturalis cordis, in cadavere foetus, vario ſenſu morboſi, viſi, deſcribitur.

His ex fontibus ſanum morboſumque hominem cognoſcere licet, ſed his in partibus verſatiſſimus quique leviſſimo morbo profligando plane tamen ineptus eſt, niſi inſtrumenta, quorum ope ſanitatem conſervare, amiſſam reſtituere, licet, omnia in promtu habeat. Aſt quantus iterum ipſi aperitur campus! quam immenſus inſtrumentorum numerus eſt, quanta medicamentorum varietas! Multiplex morborum genus, variæ adfectuum ſpecies, bene multæ earundem differentiæ obſervantur, &, ut una fidelia omnes dealbare parietes non licet, univerſalibus remediis omnium morborum nervum ac radicem ſimul ac ſemel præcidere, non datur. Nolit tamen quis credere, cenſere me, tota illa medicaminum farragine opus eſſe: valetudo humana exiguo admodum ſimplicium apparatu, ſed prudenter & opportune adhibito, regi atque reſtitui poteſt; hæc pauca, ſi recte illis uti ſciat, medicum nobilitant. Nonne primus & præcipuus Medicinæ Conditor, Hippocrates, pauciſſimis tantum remediis, iisque ſimplicibus, facile parandis, & plerumque ante pedes natis, omnes morbos ſanabiles, etiamſi difficillimos, feliciſſime expugnavit? Nonne ex ſcriptis ipſius abunde conſtat, tunc, quando plura, diverſa, compoſita, rariora, in uſum vocavit medicamina,

Y na-

naturam morbi ipſum latuiſſe? Natura in vilibus herbis medicinam diſpoſuit, ut nullo vel loco vel tempore deſit medendi officium, ſua cuique regioni dedit remedia, quibus morbos incolæ profligarent. His ergo fidendum, nec mox, ubi ægrotus adficitur, adeundus Pontus, aut ſollicitanda Arabiæ interiora. Hæc etſi omnes agnoſcunt, tamen ſemper aliquid novi deſiderant, quilibet annus novum medendi modum exponit atque obtrudit. Remediorum hinc numerus adeo crevit, ut delectus anceps ſit, & anxios teneat medicos, præſertim juniores, quidnam præſcribendum. Docet autem eventus, plerumque non plus ea præſtare, quam quæ cognovit antiquitas. Quid, quæſo, adeo jactata Belladonna effecit? Nonne ea, quæ de nimia Cicutæ adverſus cancrum laude, ante viginti circiter annos, ſcripſi (*c*), innumera exempla poſtea probarunt? An ſpigelia anthelmintica, quaſſia, aconitum, hyoscyamus, ſenega, pulſatilla nigricans, flammula jovis, radix Lopeſiana, colombo, arnica, guajaci reſina, zinci flores, magnes, eam attulerunt utilitatem, quam expectare licuiſſet, ſi prolata a fide dignis autoribus experimenta non in paucis tantummodo caſibus fuiſſent inſtituta? An geum urbanum,

li-

(*c*) In Natuur en Geneesk. Bibliotheek II. D. pag. 90.

lichen islandicus, aër fixus, helmintochordon, cortex peruvianus ruber, ſalix, remedia hodie maxime celebrata, aliaque nuperrime propoſita, magis, quam quæ in eundem finem hactenus adhibebantur, ſcopo ſint ſatisfactura, dies doceat!

Utinam itaque nimia illa libido, nova medicamenta ex quovis propemodum terrarum angulo colligendi ac corradendi, compeſceretur, aſt cordati & prudentes viri ſine præjudicio cognita medicamina examini Chemico, Medico-practico, ſubjicerent, veram eorum indolem, principia activa, modum operandi, vires, uſumque convenientem explorarent, rejicerent autem, penitusque proſcriberent, inertia, ſuſpecta. Hoc pacto, ſi quo alio, maxime promoveretur ars Medica, praeſertim ſi Trilleri voto ſatisfieret, & fauſtiſſimus ac diu deſideratus dies candido lumine tandem aliquando affulgeret, quo omnes officinæ medicamentariæ cum judicio & delectu ſollicite repurgarentur, atque ab oneroſa & odioſa futilium & inutilium compoſitorum ſarcina liberarentur, quæ fruſtra parantur, incaſſum adſervantur, &, dum ipſa inemta & uſibus humanis exemta, relinquuntur, cano ſitu obducta, foedo ſqualore corrupta, reliquorum, frequentiori in uſu poſitorum, pretium tanto

magis augent. Sed antequam felicia hæcce illuceſcant tempora, omnis materies medica examinanda eſt, &, ut ſingulorum medicaminum, ſimplicium, compoſitorum proprietates, vires, cognoſcantur, Botanica, turpiter ab omnibus ferme Medicis neglecta, Chemia, Pharmacia, ſedulo excolendae veniunt.

Non autem omnes morbi remediis Pharmaceuticis tolluntur, ſed quae medicamenta non ſanant, ea ferrum ſanat: Chirurgiæ ergo, efficacis illius, ferro & igne armatæ, Medicinæ, quæ Herculea quaſi manu ac robore ſanitatis hoſtes ſtrenue adoritur, ac feliciter expugnat, cognitio accedat, oportet. Chirurgia, artis Medicæ mater, diu & ſtrenue ante inventam Medicinam, ſtricte dictam, exculta, eam, proh dolor! habuit ſortem, quod a filia, quam quaſi enixa eſt, fuerit contemta, male habita, a reliquo artis corpore ſit avulſa, a clinicis deſpecta, & miniſtris, rerum minus peritis hominibus, ſit derelicta. Sciant omnes, hanc artem merito Medicinam efficacem dici; noſcant, Medicorum nomine plane indignos eſſe, qui eandem negligunt, utpote inſtrumento, ad vincendos morbos efficaciſſimo, deſtitutos, & laudandum veterum Aſclepiadarum morem ſequantur, qui omnes ex ſua familia, cum a tene-

ris

ris arte Medica eſſent imbuendi, primo exercebant in iis, quæ ad curationem morborum Chirurgicam ſpectabant, quippe quæ, ſub ſenſum cadens, experientia freta, cognitu & adminiſtratu facilior, ad captum diſcentium accommodatior erat. Chirurgia a Medicis ſi excoleretur, vel ſaltem ars machaonia eodem, quo medicina ſolet, modo addiſceretur, quot evitarentur errores! quot utiles ſervarentur reipublicæ cives, qui nunc, inſcitiæ Chirurgorum victimæ, vel mutilatis truncatisque membris oberrantes, oneri potius, quam utilitati, ſunt. Nec quis credat, me rem hancce exaggerare. Attendat ad eos, quibus ſeſe committere multis in locis coguntur miſeri; nonne horum plurimi tales ſunt, qui vix artis limina ſalutarunt, qui corporis humani fabricam penitus ignorant, qui itaque quales partes vitandae, quales tuto incidendæ, ſunt, neſciunt, qui morborum naturas non cognoſcunt, vix idoneis inſtructi inſtrumentis vel vulgatiſſima ex arte applicare nequeunt, quos medicamentorum vires latent, qui itaque non niſi talia in uſum vocant, qualia ab aliis praeſcripta viderunt, caſus quamvis ſibi plane ſint oppoſiti? Nonne multi omnem famam benevolentiae hujus illiusve nobilioris viri debent, &, hac freti, nullo modo ſuam cognitionem extendere conantur,

diſcipulos nunquam inſtruunt, & formant? Nonne alii quotidie errores erroribus cumulant, & ægris plus nocent, quam nocuiſſent morbi, ſoli naturæ commiſſi? Advertat animum ad hoc ubique locorum Magiſtratus, peſſimo huic vitio ſuccurrat; nunquam, niſi tales, qui vere excellunt, promoveat; non niſi bene meritis applaudat; hos lauto ſtipendio remuneretur, & ſic cito in junioribus laudanda excitabitur æmulatio; hi oblatam hic & alibi occaſionem ambabus manubus arripient, artem debito addiſcent modo, & in ægrorum ſolatium poſtea exercebunt feliciter.

Solidior, hactenus expoſita, theoria, vera & unica ſalutiferæ artis baſis eſt; tanta theoriæ ad ſolidiorem praxin relatio, tanta praxeos ad veram theoriam, ut, una ex his deficiente, altera prorſus vana & inutilis evadat. Non autem ratiociniis, figmentis, aut hypotheſibus indulgendum. Qui theoreticis ſpeculationibus nimis fidunt, qui illis, ſale perbelle conditis, quorumlibet admirationem ſibi conciliare geſtiunt, ſæpe in abſtruſas & obſcuras inquiſitiones ſeſe penitus immergunt, nec ſatis ad ea attendunt, quæ medicus experiundo magis, quam meditando, conſequitur, ſicut de ipſis omnes dicere debeant, malle ſe uti Medico empirico, id eſt, ſecundum experientiam praxin exercente, quam

theo-

theoretico, ex ſuis ratiociniis & figmentis medicinam faciente; verba tali ſupereſſe, deëſſe medendi ſcientiam. Sanâ & fallere neſciâ theoriâ practicæ ſuperſtruantur cognitiones.

Qua autem via, qua ratione, eo perveniendum, ut eædem in ægrorum commodum adhiberi queant? An adeundi ſcriptores, hac in re claſſici? tot tricas, tot ineptias, inveniet quisque, ut poſt multam lectionem ſe magis incertum experietur; vix duos conſentientes deprehendet. Etenim multi, ut recte obſervavit Vir incomparabilis Gaubius, pulchrum cenſent, rerum quarumvis reddere rationem posſe, nodos difficiles ingenii acumine ſolvere, locis obſcuris, ubi prudentia, errorem aut præcipitium metuens, timido pede incedit, gradumve ſiſtit, ſolem quaſi manibus geſtare; pulchrius judicant alii, quæ ſenſuum aciem, cautæque rationis ſolertiam, fugiunt, naturæ arcana conjectura, & quadam veluti divinatione, explicare; pulcherrimum opinantur alii, ſyſtema concinnare, atque apponere, totum teres, rotundum, omnibus numeris abſolutum, in quo tyrones nihil non exequatum inveniant. Si morbi opinionum commentis pellerentur, cuncta hæc bene procederent, jam vero, qui ſe ad talium autoritatem conferant, fictis princi-

ci-

cipiis ſic imbuuntur, ut, quid verum quid falſum ſit, diſcernere nequeant. An ergo adeundi & conſulendi ſoli Obſervatores? tantam quidem inveniet multitudinem, ut ipſe adſpectus deterreat, aſt obſervationes, etſi diligenter perpenſæ, etſi graphice exaratæ, atque ad Hippocratis mentem fideliter conſcriptæ, ſub veritatis obſcura ſimulatione quandoque mendacium recondunt, quod detegere nemini datum, niſi qui ad ægrotantium lectulos easdem ad examen revocare poſſit. Fidelis ſequendus præceptor eſt, non qui corradit ea, quæ in millenis forte libris de hoc illove morbo dicta ſunt, qui, enumerando diverſas circa eundem opiniones, tempus terit, ſæpe ſuos incertiores, quam dudum, relinquit, ſed primo veram morbi cujuscunque hiſtoriam ſimpliciſſimo modo enarrat, ſuam dein, ſolidis argumentis corroboratam, ſententiam proponit, methodum curandi declarat, eventum vel fauſtum vel infelicem ſubjungit; ſic attentus, cautus, providus, redditur, ſic firmam ponit baſim, qua praxeos exercitium niti debet. Hoc demum tempore, Tulliani moniti memor, nec medicos, nec imperatores, quamvis artis præcepta perceperint, quicquam magna laude dignum ſine uſu & exercitatione conſequi poſſe, Noſocomia frequentet tyro Medicus, non ut cunctos ægros videat,

deat, medicumque ſedulo ſequatur, qui, multitudine ægrorum obrutus, cunctorum, quæ ab ipſo peraguntur, rationem reddere vix poteſt, ſed ut in paucis, præeunte & monſtrante præceptore, morbi decurſum ſequatur, ad omnia ſymptomata, naturæ vires, medicamentorum effectus attendat, ut præſentia rite diſcernere, futura prævidere, prædicere, diſcat.

Acquiſitam vero peritiam artemque, in miſerorum ægrotantium ſolamen, exercere, antequam incipiat, cogitet, quamvis in eadem, qua vivere geſtit, urbe natus & educatus ſit, ad urbem tamen, medice ipſi incognitam, ſeſe accedere, &, Hippocratis conſilium ſequutus, aëris, ventorum, aquarum, telluris, exhalationum, naturam, victus rationem cognoſcere ſtudeat, horum omnium diſcrepantiam, proprietates diverſas, & peculiarem diverſiſſimamque actionem in corpora viva animantium, ſibi probe cognitas atque perſpectas reddat. Summum enim cuncta hæc in corpora humana exſerere imperium, quis ſanæ mentis negaverit? His ex cauſis, ſæpiſſime ſolis, derivandi morbi, qui huic illive regioni proprii ſunt, & toto proinde anno, vel ſtato anni tempore, incolarum multis magis minusve infeſti; his ſæpe adſcribendi tales, qui, antea incogniti, magnam

ſæpe ſtragem edunt, & non niſi ſublatis iisdem profligantur. Dolendum itaque maximopere, eſſe inter illos, qui ſeſe praxi medicæ dicarunt, multos, qui graviſſimam rem vel penitus negligunt, vel primoribus labris guſtant. Laudandi contra, qui hunc in ſe ſuſceperunt laborem, ut patriæ, urbisve, aërem, aquas, loca, non tantum examinarint, ſed ſua experimenta in lucem emiſerint, aliorum uſibus inſervitura.

Tanta talique peritia inſtructus in exercenda praxi ſi ſeſe, prout decet, gerat, felices, imo feliciſſimi dicendi, qui ad ejus auxilium confugiunt. Sed quantum abeſt, ut veram ingrediantur viam omnes. Quot non dantur, qui nobiliſſimam artem, ut jam doluit Galenus, non ut de hominibus bene mereantur, ſed quæſtus gratia colunt; qui, ab altero ad alterum transvolantes ægrum, non attendunt ad ea, quæ neglecta impediunt, quominus ſanitas tuto citoque reſtituatur, inſigni formularum numero, quas quotidie conſcripſiſſe gloriantur, contenti. Audiatis, quaeſo, A. H., quomodo in facienda praxi ſeſe gerere debere medicum putem, & vehementer fallor, ſi omnes Veſtrum talem ſibi non ſint exoptaturi.

Tanta eſt, eritque ſemper, inter quemcunque hominem in-

internarum partium omnium diſcrepantia, quantam quoad externas partes diverſitatem oculis ipſis attingere, cuique datur. Non ergo ſufficit, univerſe hominem cognoviſſe, ſed cujuscumque ægri ætas, ſexus, propria indoles, corporis habitus, vires, ſingularis temperies, fibrarum, vaſorum, viſcerum conditiones, victus, potus, vitæ genus, conſuetudines, hæreditariæ ad hunc illumve morbum inclinationes, inveſtiganda ſunt. Ut enim regioni & anni tempeſtati, ſic ætati, conſuetudini & vitæ generi, aliquid dandum. Non eodem metiri modulo infantes oportet, quo viros, ſummo ſenio confectos; aliis ferculis excipiendus aulicus, aliis ruſticus; alio litteratus, alio miles, tractandus modo. Pro diverſa corporum indole ac conditione idem morbus, ab eadem cauſa profectus, diverſis plane incedit ſymptomatibus. Morbificae cauſæ ejusdem indolis multis modis diſſidentem morbi faciem, ratione ſymptomatum, periculi & ſalutis, in aliis aliisque ægris exhibent. Idem alimentum, idem purgans, vel emeticum, aliudve heroïcum remedium, idem quoque venenum, longe alios diverſiſſimosque effectus producunt pro differenti corporum indole. Nec ſine ratione, cum par ſcientia ſit, utiliorem medicum amicum quam extraneum judicavit Celſus. Experiebatur hoc (ob-

ſervatio eſt Boerhavii) vir nobilis, ſed ſtrenuus potator: abſente medico amico, qui ſæpius cum illo baccho litare ſolebat, vocati alii, cum acuto decumberet morbo, ſanguinem miſerunt, tenuiſſimum victum præſcripſerunt, & diluentes potus, ac tantopere debilitarunt, ut animam fere ageret, non multum tamen remittente febris impetu. Redux amicus ægrum inviſit, &, cum aliis Medicis in conſilium veniens, dixit ridens, ſe ſolum probe noſce, qua muria hoc corpus condiri debeat, ne putreſceret; ilico vini Rhenani generoſi poculum dari juſſit, & jura carnium; obedivit facilis æger, &, refocillatis viribus, ex periculoſiſſimo evaſit morbo.

Cognita ægri natura, morbus, morbique cauſæ indagandæ veniunt. Explorandum, quid in corpore mutatum, quare id ſuis muniis rite fungi nequeat. Nec hac in re facile fallitur, qui notitiam ſtatus gradusque naturalis ſingularum actionum, tum modi, quo quælibet exercetur, conditionum ac virium, quibus inſtructum in ſuis partibus corpus ad eas perficiendas, exactiſſimam poſſidet, & actionem quamque integram una cum ſuis requiſitis ad eandem, in ægro vitiatam, comparat, qui præterea cognoſcit vires eorum, quæ geruntur vel ingeruntur, qui ante oculos habet hiſto-

hiſtorias omnium ac ſingulorum morborum integras, ex plenis atque intaminatis practicorum obſervationibus accurate concinnatas. Hac enim regia via qui incedit, exoptatam metam facile attinget, morbumque, qui ipſi profligandus eſt, cognoſcet, cognitumque ſanabit.

Non autem is ego ſum, qui credam, hanc indagationem nullis omnino premi difficultatibus, dolent, nec immerito, veri quique medici, multiplices in eodem homine eſſe morborum complicationes, & vel peritiſſimis ſæpe aqua hæret. Difficile judicium dixit Hippocrates, & quis vel hodie tam audax tam demens in arte noſtra reperiatur, qui deceptum ſe nunquam fuiſſe, nec unquam decipi poſſe, contenderet? Hoc autem juniorem medicum non deterreat, ſuam medendi rationem in ſolida fundans baſi, cuncta accuratiſſime inveſtigans, de morborum natura circumſpectius pronuncians, cum cura in arte elaborando, tandem eo deveniet, ut qui ab ullo cognoſci poſſint morbi, ab ipſo comprehendantur; ut, etiamſi morbi genus aliquod ignotum incidat, Celſi conſilium, Sydenhami exemplum, ſequutus, judicaturus ſit, cuinam id proximum cenſeri debeat, & remedia, ſimilia iis, quæ vicino malo ſæpe ſuccurrerint, explorans, operam adferat.

Determinet ſemper, ſanabilis præſens morbus ſit, nec ne. Ea enim morborum quorumdam indoles eſt, ut non tantum curari renuant, verum ut, irritati, gravius renitantur, mitius cum ægrotante acturi, ſi deſtituerentur. Videat, num ſibi num arti expediat, ancipitem, dubiam, aut deſperatam cum morbo aleam experiri, ne officioſe occidiſſe, quem ſervare non potuit, videatur. Sanabilis aut non plane deſperatus ſi ſeſe offerat morbus, quid ſit agendum, quibus & quomodo, mente volvat. Captet occaſionem, in morbis acutis & malignis, qui ſtatim ab initio extremos habent labores, cito fugientem; nil agat, niſi tempori accommodatum, nil omittat, eo præſente. Diverſa enim morbi tempora, in qualibet ægritudine obſervanda, diverſa & oppoſita ſæpe remedia poſtulant. Nullum vere laudabile medicamentum dici poteſt, niſi quod indiciis pulchre ſubſerviat, & ſolo tempeſtivo uſu juvet. Quodcunque agendum ſit, optimis mediis exequatur, tutiora efficaciora ſemper eligat, tanto majorem apud ægros initurus gratiam, quo citius, tutius, & jucundius curaverit.

De ſucceſſu autem futuro ſatis certus ſit, ſi naturam ſequatur ducem. Hæc ſanitatis tutrix, morborum expultrix optima. Hæc ſuis viribus inſtructa armiſque, quibus ſe a

mor-

morbis tueatur; hæc morboſa, & quæ præter naturam ſunt, ſubigit, temperat; hæc conditiones noxias eorum, quæ morbum intentant aut faciunt, mites, innoxias reddit, vel ad commodam ejectionem expeditas. Hujus ergo propoſitum in omni morbo adjuvet, hujus leges audiat ſedulo, ſequatur fideliter; huic laboranti ſuccurrat, hanc languentem incitet, luxuriantem refrænet, ſibi non ſufficientem juvet; offerat liberalis neceſſaria, amoliatur providus obſtacula, ſuoque exemplo probet, verum Medici honorem eſſe, ſi ſerviendo liberaliter fidelem ſe præſtiterit naturæ famulum.

Omnium porro, quotquot ipſi obvenerint, morborum hiſtorias annotet, qui hominum ſanitati invigilare cupit, & hoc pacto artis Medicæ incrementum indefeſſo ſtudio promoveat; fideles enim morborum obſervationes in facienda Medicina tanti ſunt momenti, ut, dubiis in caſibus, ex iis ſolis eruantur auxilia, quæ medicos in ſanando juvant, dirigunt. Ut autem plenæ, integræ, perfectæ dicantur, annotet ægri ætatem, ſexum, corporis & virium habitum; ubi locorum degat, quo cœlo & aëre fruatur, quo victu utatur, memoret vitæ genus, conſuetudines, excretorum modum & rationes, morbos, quibus per vitæ decurſum fue-

rit

rit obnoxius, præſentis morbi cauſas, ſymptomata, naturæ molimina, remediorum operationes, quæcunque poſt illorum uſum inciderint, mutationes, cadavera defunctorum Anatomico cultro examinet, &, quæcunque viderit, denique ſubjungat; ea etenim jam vivimus tempora, ut bene nati & cordati non tantummodo homines, ſed ex vulgo etiam plurimi, utilitatem talium diſquiſitionum perſpicientes, eas petentibus concedant faciles, concederentque ſæpius, ſi medici majori ſedulitate in id incumberent: Tali modo exaratæ morborum hiſtoriæ unicum & verum Pathologiæ & Therapiæ rationalis fundamentum conſtituunt; ſine harum idoneo apparatu nil ſolidi Medicus in Theoria ſtatuere, neque in praxi præſtare & efficere, poteſt. Nulla certior, nulla melior, rectior nulla datur via, quæ ad diverſorum morborum cognitionem, ad remediorum veras vires & efficaciam detegendam, ducit, quam quæ per accuratas obſervationes & morborum hiſtorias acquiritur. Sint tibi, monuit Hippocrates, ſint tibi in memoria morborum curationes, & harum modi, quotupliciter & quomodo in ſingulis ægrotis ſeſe habeant, hoc enim principium in medicina eſt, medium, & finis. Ad diverſas medicorum hypotheſes, opiniones, controverſias, in praxi decidendas, ac-

com-

commodatior via nulla: ad prudentem denique prognoſin formandam, multiplici obſervatione, & accurata omnium, quæ accidant, conſideratione nil melius. Et ſi vel ſoli huic conſilio inſervirent morborum hiſtoriæ, inpenſe forent laudandæ. Quid, quæſo, medicis, quid ægrotis, plus emolumenti adfert, quam ſumma illa præſagiendi ars. Per illam medicus artis honori & ſuæ autoritati proſpicit, a contemtu illam & cavillationibus vindicat. Hac arte, quæ ſola ſupra humanam conditionem eſſe videtur, prævisis ſymptomatibus, quibus ægroti ſunt vexandi, facilius medicamentis occurrunt, curationem, qualis recte profutura ſit, intelligunt. Ægri facilius medico fidem habent, qui quæ evenere, aut eveniunt, aut eventura ſunt, vatis inſtar, prædicit, promtius ejus præceptis obediunt, tutius ac citius priſtinam ſanitatem recuperant.

Negari quidem nequit, aliquando medicorum ingenuorum prognoſticum minus gratum eſſe, ſeu, quia ſalutem deſideratam ancipitem reddit, fiduciam ægri multum conturbare; medicum timiditatis atque ignorantiæ ſuſpectum haberi, præſertim ſi alius acceſſerit, qui vel ex inſcitia, vel ſpe lucri, vel ut primo medico inſidietur, plus promittendo ſpem ægri inflet, tandemque fallat. Verum eſt, nemi-

nem ſemper ita feliciter præſagire, quin aliquando fallatur. Verum, ſigna, quibus hæc ars nititur, non adeo certa eſſe, quin fallere poſſint. Attamen qui cuncta in ægris ſedulo obſervat, omnia annotat, & ex rite ponderatis ac inter ſe recte collatis obſervationibus regulas condit, certius futura prædicet, nec niſi raro errorem committet, præſertim ſi veterum, ſi recentiorum, vere dogmaticorum, ſcripta cura omni verſet.

Doctiorem librum non inventuros juniores medicos, quam ægrotum ipſum, cujus morbus illis, diligenter obſervantibus, multa ſcitu digna breviore tempore aperiet, quam moleſta plurium annorum ſpatio lectio præſtare forſan poſſet, Baglivus, & jure, ſtatuit. Aſt, cum vita brevis ars longa ſit dicenda, cum nemo, Galeno teſte, ſatis eſſe poſſit ad artem ſimul & conſtituendam & abſolvendam; ſed contentus quisque eſſe debeat, ſi quæ multorum annorum ſpatio priores invenerint, poſteri accipientes, atque his addentes aliquid, illam aliquando compleant atque perficiant, aliorum experientiam quisque ſuæ addat, nec in veterum tantummodo lectione ſubſiſtat. Veterum labores inſignem profecto utilitatem toti Medicinæ attulerunt, eam quam plurimum amplificarunt, ditarunt, rationalem reddiderunt, ipſam

autem perfeciſſe, atque ad optatum maturitatis terminum perduxiſſe, nemo contendet. Recentiores itaque ſubjungat, &, ut ſcite Seneca dixit, nihil magis præſtet, quam ne pecorum ritu ſequatur antecedentium gregem, pergens non qua eundem eſt, ſed qua itur. Sed antequam relatis ab aliis obſervationibus fidem habeat, eas ſequatur, ad amuſſim perpendat omnes, rationis lumine examinet, cum vera theoria comparet, ne illarum tantum uberi inſtructus apparatu ſit, eas vero in uſum ægrorum convertere nequeat. Hoc modo, non venuſtatem, non novitatem, non conſuetudinem, ſed unam veritatem admiratus & ſequutus, in experimentis excogitandis ſolerter, in capiendis dextere, in confirmandis ſedulo, in tradendis fideliter progreſſus, propriam experientiam cum aliorum obſervatis conjungens Medicus, quamvis junior, aliis, ſenioribus ſæpe, anteponendus, talibus ſaltem, quos lucrandi cupido preſſit, qui ex diuturno ſolum plurium curationum exercitio praxin didicerunt, & annoſi potius juvenes, quam experti ſenes, ſunt vocandi. Experientia enim, humano generi utilis dicenda, non ſolo artis exercitio acquiritur, ſed cum eodem conjuncto ſtudio, & ea ſenectus, quæ ad medicinam requiritur, non in annorum numero, ſed in medicorum ope-

rum longo & multo uſu, cum artis exercitio, quærenda eſt.

Sed an tot ac talia a Medico præſtanda ſunt, dum ipſi ſæpe ad ulteriores labores deſunt incitamenta, & debitis honoribus defraudantur illi, qui iisdem digniſſimi erant cenſendi? Certe medentium quorumlibet fama a vulgi ut plurimum opinione, non a ſapientum judicio, dependet. Vulgus, ex rerum eventu tantummodo judicans, inanes imperitorum nugas ad ſydera tollit, ſi fauſto ipſis omine res ceſſerit, ob nativam potius morbi indolem, quam ob agentis Medici ſolertem induſtriam. Ipſi Medici præconceptas, de agente cæteroquin ſapienter Medico, falſasque opiniones ſæpe fovent atque firmant, aut lepidis jocis, amaro ſale doloſe conditis, arrepta dextere occaſione, ſuſcitant. Cuncta autem hæc prudens contemnat Medicus, magno animo ſpernat, & conſcientiæ ſuæ debito nunquam deficiat, ſed, deſcripto tramite pergens, artis ſimul ſuique ipſius decus firmet, in dies magis magisque promoveat. Omnium artium medicinam nobiliſſimam merito dixit Hippocrates, ſed propter eorum, qui eam exercent, eorum, qui temere de his judicant, ignorantiam omnibus artibus longe inferiorem haberi. Sed violata exiſtimatio, debita-

bitaque fama, non aliunde, quam vera Medentium doctrina, reſtitui poteſt. Si nemo ſacratum Apollinis templum, pro commune ægrotantium ſalute, cœlitus fabrefactum, ſubire audacter præſumeret, niſi idoneis ante inſtructus cognitionibus, dotibusque neceſſariis, corruerent ilico furentis invidiæ maleſani livores, in glorioſæ æmulationis viciſſitudines ſubito transmutarentur; quilibet medentis alterius famam æſtimare, anteire, contenderet, omnesque ſimul glorioſis contentionibus, pro ſuo atque artis decore, ſtrenue & viriliter pugnarent.

Omnibus itaque viribus, ac ſolerti induſtria, contendat quilibet Medicus, ut, neceſſariis potitus ſcientiis, ad ſummum Medicinæ culmen perveniat, ipſi arti denegatam venerationem addat, ſibique glorioſum nomen paret. Quem finem, ſine omni dubio, feriet tanto felicius, ſi ſcientiæ, diligentiæ, prudentiæ, patientiam, tenerum in ægros affectum, erga Deum pietatem, ac denique modeſtiam adjunxerit.

Hæc ſunt A. H. Officia Medici veri, Medici, generi humano maxime accommodati. Utinam omnes, utinam ſaltem plurimos, qui illo titulo decorantur, tales eſſe, vere confirmare liceret. Si comparationem inter deſcriptum

& hodiernos inſtituerem, quanta eheu intercederet differentia! Rem vero hancce, maxime invidioſam, intactam relinquere malo, ne forte, ſuam imaginem depictam, quis credat, mihique adſcribat, quod adſcriptum iri nolo. Quisque ſuum attendat medicum, ſtudium ipſius, medendi rationem, de variis morbis, eorundem eventibus, de medicamentorum ſucceſſu, de viſis in cadaveribus, judicium mente volvat, & facillime, niſi cæcutire malit, aut a ſuo medico regi, percipiet, an talis ſit, qualem eſſe debere, probavi.

Quod autem pauci, dictis qualitatibus & doctrinis inſtructi, dentur, hoc non adſcribendum, quod occaſio deſit, cuncta requiſita conquirendi. Offertur hæc quotidie, nec deſiſtunt illi, quibus cura hæc demandata eſt, omnes intendere nervos, ut, ſalutiferæ arti dicati, juvenes, perfecti fiant medici. Hoc Vos experimini, Commilitones optimi, qui ſumma ſedulitate, omni ſtudio, Medicorum prælectionibus adeſtis. Vobis corporis humani, ſtirpium, rerum naturalium hiſtoria, omnis Medicinæ ratio præclare traduntur. Vosmet itaque illorum, qui, hac in Academia enutriti & eruditi, ubivis terrarum, ut Luna inter ſtellas minores, fulſerunt, vel fulgent adhucdum, veſtigia,

quæ,

quæ, non leviter preſſa, ſed fixa & alta ſeſe oſtendunt, ut aberrare non ſinant, ſequimini, & quisque Veſtrum eruditi, prudentis, ingenui, veri, optimi, Medici nomen merebitur.

D I X I.

GLASGOW UNIVERSITY LIBRARY:

S E-

SERIES CONTENTORUM.

De Oſſibus in genere.	1.
De diviſione Sceleti.	13.
Singulorum oſſium deſcriptio.	19.
De capite.	*ib.*
De oſſibus Verticis.	*ib.*
De oſſe Frontis.	21.
De oſſe Occipitis.	24.
De oſſibus Temporum.	27.
De organo Auditus.	33.
De oſſe Multiformi.	39.
De oſſe Cribriformi.	44.
De Maxillaribus ſuperioribus.	47.
De oſſibus Palati.	52.
De Jugalibus oſſibus.	55.
De oſſibus Naſi.	57.
De oſſibus Unguis.	58.
De ſpongioſis inferioribus.	58.
De Vomere.	59.

De

De Conceptaculo cerebri, oculorum foraminibus, naribus, maxilla ſuperiore, palato, auribus. 60.

De Circuitu exteriore calvariæ, commiſſuris ejus, & oſſiculis ſuturarum. 68.

De Foraminibus conceptaculi cerebri, foraminum oculorum, in naribus, in palato, in aure. 73.

De Maxilla inferiore. 79.

De Dentibus. 81.

De oſſe Hyoïde. 82.

De Trunco. 83.

De Spina. ib.

De Vertebris. ib.

De oſſe Sacro. 90.

De Coccyge. 92.

De compoſitione Spinæ. 93.

De Thorace. 95.

De Sterno. ib.

De Coſtis. 97.

De Compoſitione thoracis. 100.

De Pelvi.	105.
De oſſibus Innominatis.	*ib.*
De Compoſitione pelvis.	106.
De Artubus.	108.
De Artu inferiore.	*ib.*
De Femore.	*ib.*
De Tibia.	111.
De Patella.	113.
De Fibula.	114.
De Pede extremo.	116.
De Tarſo.	*ib.*
De Calcaneo.	*ib.*
De Talo.	118.
De Naviculari.	120.
De Cuneiformibus.	121.
De Cubiformi.	123,
De Metatarſo.	124.
De Digitis.	126.
De Seſamoïdeis.	127.

De

De Artu ſuperiore. 128.
De Scapula. 129.
De Clavicula. 131.
De Oſſe Humeri. 133.
De Ulna. 135.
De Radio. 137.
De Manu extrema. 139.
De Carpo. 140.
De Oſſiculis carpi primi ordinis. ib.
De Naviculari. ib.
De Lunato. 141.
De Triquetro. 142.
De Subrotundo. ib.
De Oſſiculis carpi ſecundi ordinis. 143.
De Multangulo majore. ib.
De Multangulo minore. 144.
De Capitato. 145.
De Cuneiformi. 146.
De Compoſitione Carpi. 147.

De Metacarpo. 148.

De Seſamoïdeis. ib.

De Digitis. 150.

De Sceleto Foeminino. 151.

Oratio de officio medici perquam difficili, a multis peſſime neglecto. 153.

ADDENDA.

Pag. 84. r. 13. *Poſt* relinquitur. *Adde.* Per hæc foramina tranſeunt nervi ſpinales.

Pag. 90. r. 15. *Poſt* (d). *Adde*, & obliquos deſcendentes ultimæ lumborum vertebræ admittunt.

Pag. 94. r. 17. *Poſt* exſecta ſunt; *Adde*, per hæc foramina tranſeunt nervi ſpinales.

Pag. 94. r. 20. *Poſt* communicant, *Adde*, & ſacris nervis exitum præbent.

EMENDANDA.

Pag. 12. r. 10. l. multiformis. Pag. 16. r. 7. l. metatarſi. Pag. 17. r. 8. l. metacarpo. Pag. 50. r. 13. l. antrum. Pag. 51. r. 15. l. transmittit. Pag. 101. r. 3. l. exſpiratione. Pag. 105. r. 13. l. quam. Pag. 119. r. 14. l. accommodans. Pag. 126. r. 15. l. metatarſi. Pag. 133. r. 3. l. cujus. Pag. 159. r. 5. l. hæc.

IN-

INDEX RERUM.

Acetabuli deſcriptio. 7. 104.
Acromion, ſcapulæ proceſſus. 130.
Additamenta oſſium, epiphyſes & apophyſes, quomodo producantur. 2.
Alares proceſſus quinam ſint. 5.
Alveoli definitio, 7. In quibusnam oſſibus tales cavitates inveniantur. 47.
Amphyarthroſis. Qualis oſſium nexus hoc nomine intelligatur. 10.
Anatomes ſumma neceſſitas & utilitas. 162. 166. 184. A quibus vituperari ſoleat. 162. Quænam mala, quinam errores, ex neglectu hujus artis, ſuboriantur. 166.
Apophyſes quomodo oriantur. 2.
Aquæductus Falloppii, ubi incipiat. 32. 38. 75. Per quamnam viam decurrat. 35. 38. 75. Ubi ſeſe aperiat. 31. 38. 75.
Arteriæ Carotides internæ ubinam per calvariam decurrant. 31. 39. 43.
—— duræ matris per quænam foramina penetrent. 43. 75.
—— Vertebrales per quamnam viam ad cerebrum perveniant. 26. 76.
Arthrodiæ definitio. 9.
Articulus quid ſit, & quomodo dividatur. 8.
Artus. Enumeratio oſſium, quæ conſtituunt artum inferiorem. 15. 108. ſuperiorem. 16. 129.
Atlantis deſcriptio. 84. Ejus cum capite nexus. 27. 84. cum epiſtropheo. 86. 87.
Auditorius meatus. 31.
—— nervus per quodnam os penetret. 32. 37. 75.
Auditus organum. 33. Quomodo a meatu auditorio diſtinguatur. In quas cavitates dividatur. ib. Tympanum. ib. Labyrinthus. 33. 35.
Aurium internarum ſedes. 65.
Botanices cognitio medico maxime neceſſaria. 172.
Calcaneus. 116.
Calvariæ exterior forma. 68. Oſſium ipſius commiſſuræ. 71. Foramina. 73.
Camera cerebri ex quibusnam oſſibus fiat. 61.
—— cerebelli quomodo componatur. 63.
Canalis deſcriptio. 6.
—— caroticus. 31. 39. 43. 75.
—— naſalis unde oriatur, & qualem decurſum habeat. 50. 58. 77.

Canalium ſemicircularium auris internæ deſcriptio. 35. 36.
Canini dentes. 81.
Capitatum os carpi. 145.
Capitis, tanquam eminentiæ oſſis, definitio. 5.
Caput. Enumeratio oſſium, quæ caput conſtituunt. 13. Singulorum oſſium deſcriptio. 19. ſeq. Ejus cum trunco nexus. 27.
Carotides internæ arteriæ per quamnam viam in cranium penetrent. 31. 39. 43. 75.
Carpi diviſio. Oſſa, quæ eum componunt. 140. 142. 146. 147.
Cartilago flexilis, ſingularis naturæ, nonnullis articulationibus interjecta. 8.
Cartilaginis in os mutatio. 1.
Caverna oſſis maxillaris ſuperioris. 50.
Cavernoſum os. 45.
Cavitates oſſium quænam ſint, quomodo diſtinguantur, & denominentur. 6.
Chemiæ neceſſitas. 172.
Chirurgiæ peſſimus neglectus. 172. Errores, inde profluentes. 173. Summa hujus artis neceſſitas. 172. Quomodo addiſci debeat. 172. 173.
Cicutæ adverſus cancrum laudes nimiæ. 170.
Clavicula. 131. Ejus nexus cum ſterno. 95. cum ſcapula. 133.
Clinoïdei proceſſus oſſis multiformis. 39.
Coccygis deſcriptio. 92. Nexus cum oſſe ſacro. 93.
Cochleæ deſcriptio. 35. 36.
Colli, tanquam eminentiæ oſſis, definitio. 5.
Commiſſuræ oſſium capitis. 71.
Compoſitio oſſium. 8.
Conceptaculum cerebri ex quibusnam oſſibus formetur. 60. Diviſio ipſius in cameram cerebri & cerebelli. 60.
Condylus quomodo deſcribatur. 5.
Coracoïdeus ſcapulæ proceſſus. 130.
Coronalis ſutura. 11. 20. 22. 71.
Coſtæ. Earum diviſio, forma. 97. Nexus cum vertebris. 98. cum ſterno. 99.
Cotylæ definitio. 7.
Coxarum oſſa. Earum diviſio. 101. Nexus cum ſacro. 102. 107. inter ſe. 105. 106. cum oſſibus femoris. 104.
Cribriforme os. 44.
Criſtæ, tanquam eminentiæ oſſis, definitio. 5.

Cu-

Cubiforme os. 123.
Cubiti articulatio. 136. 137.
Cuneiforme os in carpo. 146. in tarſo, majus 121. minus 122. medium. 122.
Dentiformis proceſſus qualis ſit. 5.
Dentium enumeratio. 14. Sedes 47. 79. Deſcriptio. 81.
Diarthroſis definitio. 8.
Digiti manus. 150. pedis. 126.
Duræ matris arteriæ per quænam oſſa penetrent. 43. Proceſſus quibusnam adhæreant. 21. 24. 26. 29. Sinus per quæ loca ſe evacuent. 25. 32. 75.
Eminentiæ, in oſſibus obviæ, quomodo diſtinguantur & denominentur. 4. 5.
Empiricorum medendi ratio qualis fuerit. 60.
Enarthroſis definitio. 9.
Enſiformis ſeu mucronata cartilago. 97.
Epiphyſis qua ratione oriatur. 2.
Epiſtrophei & atlantis nexus. 86. 87.
Exciſio quid ſit. 7.
Experientia qualis in medico requiratur. 187.
Euſtachiana tuba. 31. 33. 79.
Falloppii aquæductus, ubi incipiat. 32. 38. Per quamnam viam decurrat. 35. 38. Ubi ſeſe aperiat. 31. 38.
Femoris os. 108. Ejus nexus cum trunco. 109. cum crure. 110.
Feneſtræ duæ auris internæ. 35. 36.
Fibula. 114. Ejus nexus cum tibia & pede extremo. 115.
Fiſſura quid in oſſe dicatur. 7.
Foramina conceptaculi cerebri. 73.
—— — foraminum oculorum. 76.
—— — in naribus. 78.
—— — in palato. 78.
—— — in aure 79.
—— — oculorum ex quibusnam oſſibus fiant. 63.
Foraminis in oſſe definitio. 7.
Foveæ definitio. 6.
Frontis os. 21.
Genu articulus. 110. 111. 113.
Ginglymi definitio. 9.
Glabella quid ſit. 22.
Glandulæ lacrymalis ſedes. 23.

Glenoidea cavitas quænam dicatur. 8.
Harmoniæ definitio. 13. 72.
Hiſtoriæ morborum utilitatem ſummam in praxin medicam effundunt. 181. 184. Quomodo conſcribi debeant. 183.
Humeri articulus. 130. 131. 132.
—— os. 133.
Hyoïdes os. 82.
Ilii Oſſis deſcriptio. 102.
Inciſores dentes. 81.
Incus. 34.
Innominata oſſa. 101.
Intercoſtalis nervus per quodnam os tranſeat. 32. 43. 74.
Iſchium os. 103.
Jugalia oſſa. 55.
Labyrinthi, tanquam cavitatis alicujus oſſis, definitio. 6.
—— —— ſeu cavitatis poſterioris auris internæ deſcriptio. 33. 35.
Lambdiformis ſutura. 11. 20. 25. 71. Hujus additamenta. 72.
Librorum, a veteribus a recentioribus conſcriptorum, lectio Medicis maxime commendabilis. 186.
Lunatum os. 141.
Mallei, oſſiculi auditus, ſitus & nexus. 33.
Malleolus externus. 115. internus. 113.
Mammillare os. 29.
Mammillares proceſſus qui dicantur. 50. 30.
Manus extremæ cum oſſibus cubiti nexus. 139. 147.
Materiei medicæ cognitio maxime neceſſaria. 172.
Maxilla inferior. 79. Ejus nexus cum capite. 30. 80.
—— — ſuperior ex quibus oſſibus fiat. 65
Maxillaria oſſa. 47.
Meatus auditorius. 31. 33.
Medicaſtrorum damna. 158.
Medicamenta ſimplicia compoſitis præferenda. 169.
Medicinæ ortus. 156. Definitio. 159. Utilitas. 157. Differentia hodiernæ a veteri. 160. Amplitudo. 160.
Medici honos quis dici debeat. 183.
Medicus quis jure dicatur, & quale ipſius ſit officium. 159. Optimus & perfectus. 161. 181. 182. 189. Amicus extraneo utilior. 179. An junior an ſenior præferendus. 187. Nonnullorum invidia. 188. Multorum imperitia. 158. 189. 190.
Medulla oblongata per quamnam viam cranio exeat. 76.

Membrana tympani. 33.
Metacarpi oſſa. 148.
Metatarſi oſſa. 124.
Molares dentes. 81.
Morbus, morbique cauſæ, quomodo inveſtigari debeant. 180. Indagationis hujus difficultas. 181.
Morborum hiſtoriæ. Summa earum neceſſitas. 181. Quomodo conſcribi debeant. 183.
—— —— ignotorum cura quomodo ſuſcipi debeat. 181.
—— —— ſanatio non ſemper poſſibilis, ſubinde non ſuſcipienda. 182.
Mucronata cartilago ſterni. 96.
Multiforme os. 39.
Multangulum majus os carpi. 143. minus. 144.
Musculi externi mallei tendo per quamnam viam decurrat. 31. 79.
Nares, harum diviſio & compoſitio. 63.
Naſalis canalis unde oriatur, & qualem decurſum habeat. 50. 58. 77.
Naſi oſſa. 57. Ejus fabrica. 64.
Natura principium artis medicæ eſt. 162. Hanc ducem in ſanando ſequatur Medicus. 182. 183.
Naviculare os in manu. 140. in pede. 120.
Nervorum per foramina ſua tranſitus. Acceſſorii ſpinalis. 25. 26. 75. Frontalis. 22. Intercoſtalis. 32. Paris primi. 45. 73. Secundi 42. 74. Tertii. 43. 74. Quarti. 43. 74. Quinti. 42. 43. 47. 51. 54. 55. 74. 77. 78. 79. 81. Sexti 43. 74. Septimi 32. 37. 35. Octavi. 25. 32. 75. Noni. 27. 76.
Noſocomiorum ſumma neceſſitas. 176.
Obſervationes morborum fideles in facienda praxi ſummi ſunt momenti. 183. 184. judicium de multis. 176.
Obturatores nervi quodnam foramen penetrent. 105.
Occipitis os. 24.
Oculorum foramina ex quibusnam oſſibus componantur. 64.
Officium medici quale ſit. 159.
Olecranon, proceſſus ulnæ. 135.
Olfactorii nervi per quænam foramina decurrant. 45.
Opticus nervus. Foramen pro hoc nervo ubi detur. 42.
Oſſa. Eorum definitio. 1. Alia eorum a principio natura, alia deinde. 1. ſeq. Oriuntur ex cartilagine, quæ ſenſim naturam oſſeam inchoat. 2. Additamenta oſſium qua ratione producantur. 2. Interna ſtructura. 3. Conformatio externa. 4. Compoſitio omnium. 8.

Oſſicula ſuturarum. 73.
Palati oſſa. 52.
Palatum oſſeum ex quibusnam oſſibus formetur. 48. 52. 65.
Patella. 113.
Pathologiæ ſumma neceſſitas. 167. Quomodo hæc medicinæ pars inveſtiganda. ib. 168.
Pectoris os. 95.
Pedis extremi compoſitio. 127. Articulatio. 113. 115.
Pelvis oſſeæ compoſitio. 15. 101. 106.
Petroſum os. 28.
Pharmaciæ neceſſitas. 72.
Pituitariæ glandulæ ſedes. 62.
Planum os. 46.
Pori definitio. 7.
Practici auctores claſſici. Judicium de his. 175. ſeq.
Praxis medica quibus fundamentis ſuperſtrui debeat. 175. Quomodo addiſci. 176. Qua ratione exerceri. 178.
Proceſſus alares, mammillares, ſtyliformes, dentiformis quinam dicantur. 5.
Prognoſis morborum quo fundamento nitatur. 185. Qualem utilitatem adferat. ib. Non ſemper certa eſt. 186.
Pterygoidei proceſſus oſſis multiformis. 41.
Radius. 137. Ejus nexus cum oſſe humeri. 134. 137. cum ulna. 136. cum manu extrema. 138. 139.
Saccus lacrymalis cuinam oſſi incumbat. 49.
Sacrum os. 90. Nexus ejus cum vertebra lumborum ultima 90. cum oſſibus innominatis. 92.
Sagittalis ſutura 12. 20. 71. Aliquando os frontis etiam dividit. 24.
Sanitatis definitio. 156.
Scalarum cochleæ decurſus. 36.
Scapula. 129.
Sceleti diviſio. 13. Fœminini a virili differentia. 151.
Sella turcica. 39.
Senectus, quæ ad medicinam optime exercendam requiritur, qualis ſit. 187.
Seſamoïdea oſſa in manu. 148. in pede. 127.
Sinus quid ſit. 6.
—— frontales ubinam dentur. 24. 65.
—— laterales duræ matris per quam viam ſe evacuent. 25. 32. 75. Eorum veſtigia in quibus oſſibus inveniantur. 21. 24. 26. 27. 29.

Si-

Sinus maxillares. 50.
—— ſphenoïdales. 42. 65.
Spinalis acceſſorius nervus per quamnam viam cranium intret. 26. 76. & egrediatur. 25. 32. 75.
Spinales nervi penetrant per foramina, quæ inter corpora vertebrarum in quoque latere relinquuntur, deſcripta. 84. 94.
Spinæ, tanquam oſſis eminentiæ, definitio. 5.
—— — dorſi compoſitio. 14. 93.
Spongioſa oſſa ſuperiora. 46. inferiora. 58.
Squamoſa ſutura. 12. 72.
Squamoſum os. 28.
Stapedii muſculi conceptaculum. 35.
Stapes, oſſiculum auditus. 34.
Sternum. 95. Ejus nexus cum clavicula. 94. cum coſtis. 96.
Styliformes proceſſus quinam ſint. 5.
—— —— —— —— oſſis temporis. 30.
Subrotundum os carpi. 142.
—— —— oſſiculum auditus. 34.
Sulci nomine quid in oſſe intelligatur. 7.
Summus humerus, ſeu acromion, ſcapulæ proceſſus. 130.
Suturæ oſſium capitis. 11. Earum diviſio. 11. 12. 71. Verarum deſcriptio. 71.
Symphyſis qualis oſſium compoſitio ſit. 10. Species ipſius diverſæ. 10. 11.
Talus. 118.
Tarſi compoſitio. 116.
Temporis os. 27.
Tenſor tympani muſculus per quam viam decurrat. 34.
Theoria medica qualis optima. 174.
Thoracis compoſitio. 14. 15. 100.
Tibia. 111.
Trochanter major & minor. 6. 109.
Triquetrum os carpi. 142.
Truncus. Ejus diviſio. Enumeratio oſſium, quæ truncum componunt. 14. Illorum deſcriptio. 83.
Tuba Euſtachiana. 31. 33. 79.
Tuber. Qualis eminentia in oſſibus hoc nomine deſignetur. 5.
Tympanum, anterior auris internæ cavitas. 33.
Ulna. 135. Ejus nexus cum oſſe humeri. 134. cum radio. 136. cum manu extrema. 136.

Unguis oſſa. 58.
Vaſa occipitalia, per quæ foramina penetrent. 27. 32. 76.
Venæ jugulares internæ quibusnam oſſibus ſeſe adjungant. 25. 32.
—— vertebrales, ad quænam foramina pertingant. 27. 76. Quomodo per collum procedant. 85. 86.
Vertebrales arteriæ per quamnam viam cranium intrent. 26. Quomodo ad hunc locum pertingant. 85. 86.
Vertebrarum deſcriptio. Earum proprietates generales. 83. Nexus inter ſe. 84. cum coſtis. 88. Cervicalium ſpecialis deſcriptio 85. Dorſalium. 88. Lumbarium. 89.
Verticis oſſa. 20.
Veſtibulum, cavitas auris internæ. 35.
Vires naturæ a medico maximopere attendendæ. 182. 183.
Vita quænam beata dici poſſit. 156.
Vomeris deſcriptio. 59.
Vulgi circa medicum opiniones. 188.
Wormiana ita dicta oſſicula. 73.
Zygomaticus proceſſus oſſis temporis. 29.

FINIS.